cipitatum fuscum formatur; tunc liquori claro Sal Sodae in excessu admiscetur, et Buxium praecipitatum tractatur, uti in Aconitii purgatione edoctum est. — Pulvis albidus esse dicitur, sapore peramaro, difficilis solutu in aqua frigida, facilior in aqua calida, plus in spiritu vini, minus in naphtha. Solutiones alcalium modo ad reagentia sese habere, cum acidis salia, partim crystallisabilia, praebere ferunt. — *Vis:* diaphoretica (?) Buxi vires medicatas concentrice in se habere et medicorum attentione dignum videtur.

**CACAO SACCHARATA.** Cacao mit Zucker. *Cacao sacchuré.* — Miscella est Pastae cacaotinae et Sacch. albi āā Part. aequalium. — Per se adhibetur et ad parandam Chocoladam, Pulverem Content cet. inservit. (V. etiam Chocolada.)

**CACAO TABULATA, PRAEPARATA seu TRITA** v. Chocolada et Pasta cacaotina.

CACHOU A L'AMBRE GRIS, A LA CANELLE, A REGLISSE, A LA VIOLETTES cet. v. Trochisci.

CADMIA PRAEPARATA v. Tutia praeparata.

**CADMIUM CARBONICUM, Carbonas Cadmii seu cadmicus.** Kohlenſaures Kadmiumoxyd. *Carbonate de Cadmium.*

Rec. Cadmii laminati quantum vis. Solve in Acidi Nitri, sextuplo Aquae destillatae diluti, quantum requiritur. Filtra et dilue solutionem quadruplo Aquae purae et instilla Solutionem Cineris clavellati depuratam valde dilutam, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod Aqua destillata optime elotum, lenissimo calore exsiccatur. — Pulvis albus impalpabilis, insipidus. — Constat ex Cadmii oxydati et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — Igne acidum amittit et Cadmium oxydatum purum relinquit, pulverem flavum, plus minus in fuscum abeuntem, exhibens, quod fixum, igne non funditur et ex Cadmii et Oxygenii, aequalibus Pond. Mixt. constat. — *Vis:* irritans (?) toxica (?). — *Usus:* Per se hucusque vix tanquam medicamentum adhibebatur; praecipue ad parandum Cadmium sulphuricum inservit.

**CADMIUM SULPHURICUM, Sulphas Cadmii seu cadmicus.** Schwefelſaures Cadmium. *Sulphate de Cadmium.*

Rec. Cadmii carbonici quantum vis. Solve in Spiritus Vitrioli sufficiente quantitate; et evapora liquorem saturatum, si opus est, filtrandum, ad crystallisationem. — Prismata exhibet decolora, hyalina, recte rhombica cet. sapore styptico, ingrate metallico. — Constat ex Cadmii oxydati 1, Acidi sulphurici 1 et Aquae 4 P. Mixt. — In aëre subfatiscit. Leni calore deliquescit, aquam amittit et calore forti sal partim decomponitur. — *Vis:* irritans, mundificans, interne toxica (?). — *Usus:* Externe adhibetur praecipue in collyriis. — Novissimis temporibus ut ophthalmicum magnopere laudatur. — Sit genuinum et purum, supra ut bonae notae descriptum. Solutio aquosa acido sulphurico acidulata acidi hydrothionici ope penitus cum colore pulchre luteo praecipitetur (v. etiam I. 23.).

**CAFFEUM seu CAFFEINUM, Coffeinum.** Kaffein oder Koffein. *Caféine.*

Rec. Semin. Coffeae pur., uti prostant in commercio, quantum vis. Contunde et coque cum Sextuplo Aquae purae per horam, colaturae sensim admisce Plumbum oxydatum hydratum et coque, donec liquor fere decoloratus sit, filtra et trajice per filtratum Aërem hepaticum, ut plumbum penitus separetur, filtra iterum et evapora leni calore, donec in frigore Caffeum in crystallos abit, quae inter chartam bibulam pressae, denuo solvendae in aqua fervida et, addito pauxillo Plumbi oxydati hydrati et Carbonis Lixivii Sanguinis, coquenda, tum solutio adhuc fervida filtranda. Caffeum inter refrigerationem et evaporationem liquoris in crystallos coalescit, quae, si nondum purae, iterata solutione et crystallisatione depurandae. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, niveas, sericeas, flexibiles, inodoras, sapore grate amaro, temperatura ordinaria aëre immutabiles; temperatura 80° R. Aquam amittunt et calore caute auctiore, sine mutatione volatiles, et sublimantur, aëris aditu ignita comburuntur cum flamma. — *Part. const.* Carbonei 8, Hydrogenii 10, Oxygenii 2 et Azoti 4 Pond. Mixt. — In aqua frigida non facile solutu, facile autem in aqua calida, spiritu vini diluto et aceto radicali, insolubile in alcohole vini absoluto et naphtha. Solutio aquosa neutralis ad reagentia indifferenter sese habet. Caffeum neque cum acidis neque cum alcalibus combinationes intimas format. — *Vis:* excitans, febrifuga (?), tonica. — *Usus:* In pulvere vel solutione. — Hucusque principium hoc peculiare organicum, valde azoticum, vix pro medicamento usurpatum; medicorum autem attentione quam maxime dignum!

CAINCANIUM v. Acidum caincanicum (p. 17.).

CALCARIA ACETICA v. Sal Coralliorum, Margaritarum, Matris Perlarum et Oculorum Cancrorum.

CALCARIA CARBONICA v Creta alba praeparata, Testae Ostrearum praeparatae, Lapides Cancrorum praeparati, Marmor. alb. et Magisterium Coralliorum, Margaritarum, Matris Perlarum et Oculorum Cancrorum, (Creta, Lapis calcarius et Marmor in Parte priori) cet.

CALCARIA CAUSTICA v. Calx viva (I. p. 23.) et Calcaria pura.

CALCARIA CHINICA, Chinas Calca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0166-4
DFG

riae seu calcicus. Chinaſaurer Kalk. *Chaux chinique* cet. — Obtinetur in parando Chinium sulphuricum secundum methodum ordinariam. Lixivium, Calcariam chinicam impuram continens, ad syrupi spissitudinem evaporatur et seponitur, ut sal in crystallos coalescat, quae inter chartam bibulam pressae, in aqua solvuntur et cum carbone animali depurato coquuntur, donec solutio decolorata sit, quae filtrata lenissimo calore iterum ad syrupi spissitudinem evaporatur et seponitur, ut Calcaria chinica pura in crystallos abeat, quae siccentur et serventur. — Crystallos exhibet decolores plerumque foliaceas, rhomboidales, vel prismata hexagonalia, aëre immutabilia, sapore salino, facilia solutu in aqua, in alcohole vini non. (De ceteris proprietatibus conf. Acidum chinicum p. 17.). — Constat ex Calcariae 1, Acidi chinici 1, et Aquae 10 Pond. Mixt. — *Vis:* (?) — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhibetur; partem Salis essentialis Chinae constituentem praevalentem exhibet, et ad parandum Acidum chinicum (p. 17.) inservit.

† CALCARIA CHLOROSA, Calcaria chlorata seu oxymuriatica, Chloris calcicus, Chloretum seu Chloruretum Calcariae seu Oxydi Calcii, Calcaria chlorinica (false), Oxychloruretum Calcii, Oxymurias Calcis, Murias hyperoxygenatum sive oxygenatum Calcis, Calx oxymuriatica, Chloras seu Subchloras Calcis (false). Chlorichtſaurer Kalk, Chlorkalk, oxygenirt ſalzſaurer Kalk, Engliſches oder Tennant'ſches Bleichſalz. *Chlorite de Chaux, Chlorure de Chaux, Muriate oxygéné de Chaux, Oxymuriate de Chaux.*

Rec. Calcis vivae rec. ustae Libr. duas. Adspergantur in vase fictili Aquae Libra una, ut penitus in pulverem fatiscant, quem per cribrum trajice, ut partes non extinctae seu heterogeneae separentur. Immitte pulverem in lagenam altam, quantum ejus fieri potest solute, cui tubus amplus conicus inverse inest, qui, convenienter rei, jungatur cum retorta, miscellam ex Libr. quatuor Sal. communis, Libr. tribus Magnes. Vitriarior., Libr. octo Ol. Vitrioli et Libr. quatuor Aquae continentem, ad Gas Chlori extricandum, uti p. 57. et 58. edoctum est, quod lente introducitur in Calcem extinctam, quamdiu ab hac absorbetur, cavens sedulo, ne productum calefiat; et si Chlori vapores evolvuntur, nova quantitas justa Calcis extinctae pulverulentae submittitur, ut Chlorum absorbeatur. Peracta operatione praeparatum cito in vasis minoribus optime obturatis loco umbroso asservandum. — Pulvis albus subcohaerens, odore debili Chlori et sapore nauseoso amaro-corrugante Chlori et Calcis, in aëre semper Chlorum exhalat et humorem lente attrahit. Plerumque partim solummodo solubilis in aqua, solutio subflavescens ad colores organicos uti Aqua Chlori (p. 57.) sese habet. — Constat ex Calcaria chlorosa et Calcaria muriatica cum Calce in excessu. Calore in Calcariam chloricam et muriaticam (seu Calcium chloratum) immutatur, calore fortiori Oxygenium emittit; acida Chlorum eliciunt. — *Vis:* Aquae Chlori persimilis. — *Usus:* Praecipue externe adhibetur, ut depurans, alterans, foetorem e putredine castigans. Inservit etiam ad decolorandum, ad fumigationes STAHLIANAS, ad miasmata destruenda cet. — Sit Pulvis supra ut bonae notae descriptus, sapore vehementer corrugante Chlori, cum acidis multum Chlori eructans, maxima ex parte solubilis in aqua; solutio flavescens magnam solutionis indigo quantitatem destruat. Pulvis autem parva tantum ex parte solubilis in aqua, vel massa humida, sapore plus salso, cum acidis parvam tantummodo Chlori quantitatem evolvens, et si solutio aquosa parvam tantum solutionis indigo quantitatem decolorat, rejiciendus.

CALCARIA CITRATA seu CITRICA v. Conchae citratae et Lapides Cancrorum citrati.

CALCARIA HYDRATA v. Calx extincta.

† CALCARIA IODATA sive IODOSA, Ioduretum Calcis. Jodkalk. *Iodure de Chaux.*

Rec. Calcis recenter extinctae Unc. unam, Iodi Drachm. viginti septem. Misce, tere invicem in mortario lapideo, donec intime mixta sint, et serva in vase bene obturato. — Pulvis niger, odore debili Iodi et sapore nauseoso, maxime corrugante; maxima ex parte solubilis in Aqua, solutionemque exhibens atro-fuscam, in statu concentrato fere impellucidam; calore facile decomponitur et iodum amittit. — *Vis:* maxime incidens, depurans, resorbens, facile toxica (v. et Iodum I. 162.). — *Usus:* Et interne et externe novissimis temporibus adhibetur. Caute semper et parva dosi dispensanda.

† CALCARIA IODICA seu IODINICA, Iodas Calcis seu calcicus. Jodſaurer Kalk. *Iodate de Chaux.* — Obtinetur praecipitando solutionem concentratam Calcis salitae solutionis ferventis Kali seu Natri iodici ope, edulcorando praecipitatum aqua frigida et siccando. — Pulvis albus, granuloso-crystallinus, aegre solubilis in aqua, insolubilis in spiritu vini (de ceteris proprietatibus conf. Salia iodica p. 20.) — *Vis:* praecedentis (?), et simili modo atque praecedens passim adhibetur.

CALCARIA MURIATICA v. Calx salita.

CALCARIA NITRICA, Nitras Calcis seu calcicus, Nitrum calcareum. Salpeterſaurer Kalk, Kalkſalpeter, Mauerſalpeter. — Obtinetur saturando Acidum Nitri cum Calce (Creta cet.) et evaporando Liquorem clarum neutrum ad crystallisationis momentum. — Prismata exhibet longa regulariter hexagonalia,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0167-0

sapore ingrato, penetrante salso et amaro; aëre deliquescit, facilis solutu in aqua et spiritu vini (de ceteris proprietatibus v. Salia nitrica p. 21.). Per se non pro medicamento adhibetur. Ad parandum Ferrum nitricum et alia Salia nitrica inservire potest.

CALCARIA OXYMURIATICA v. Calcaria chlorosa (p. 145.).

CALCARIA PHOSPHORICA seu SUBPHOSPHORICA, Calx phosphorata v. Cornu Cervi ustum album (I. 42.). — Purior obtineri potest, solvendo Cornu Cervi ustum album in Acido Salis et praecipitando solutionem filtratam et dilutam Spiritus Salis Ammoniaci caustici ope, edulcorando praecipitatum et siccando. — Pulvis niveus, tener, insipidus, insolubilis in aqua, solubilis in acidis pluribus; spiritus sal. ammon. causticus praecipitat sal sine mutatione. — Constat ex Calcis 3 et Acidi Phosphori 1 p. Mixt. — Uti Cornu Cervi ustum album adhiberi potest.

CALCARIA PHOSPHORICA ACIDA sive SUPERACIDA, Superphosphas Calcis seu calcicus, Acidum Phosphori seu phosphoricum impurum glaciale, Vitrum Phosphori. Ueberphosphorſaurer Kalk, Phosphorglas. *Surphosphate de Chaux, Acide phosphorique glaciale impure, Verre de Phosphor.* — Paratur pari modo atque Acidum Phosphori ex ossibus (p. 23.). Ad quinque autem Libras Corn. Cerv. usti albi quatuor tantummodo Libras Olei Vitrioli sumendo. — Massa sicca, pellucida, acido phosphori puro persimilis, pariter sapore acido, et in aëre humorem attrahens, plane dissolubilis in aqua, sed partim tantum in spiritu vini, qui solutionem aquosam concentratam turbat; spiritus salis ammon. causticus calcariam subphosphoricam ex solutione praecipitat. Ceterum uti acidum phosphori sese habet. — Est Calcaria phosphorica cum Acido Phosphori in excessu. — Ad parandum Phosphorum et Sodam phosphoratam inservit.

CALCARIA PURA CAUSTICA seu usta sive Calcium oxydatum v. Calx viva (I. 23.). — Purissima a pharmacopola ipso parari potest ustione Spathi calcarii puri vel Marmoris albi, donec Calx remanens cum acidis dilutis non amplius effervescit. — Massa alba, friabilis, sapore corrugante subcaustico (conf. porro Calx viva l. cit.). — *Vis* et *Usus:* Idem. Ubi Calx purissima exigitur, haec sumenda.

CALCARIA PURA LIQUIDA v. Aqua Calcis (p. 50.).

CALCARIA SULPHURATA v. Hepar Sulphuris calcareum.

CALCARIA SULPHURATA LIQUIDA v. Liquor Hepatis Sulphuris calcarei.

CALCARIA SULPHURATO-STIBIATA v. Calx Antimonii cum Sulphure.

CALCARIA SULPHURICA v. Alabaster (I. p. 84.) et Glacies Mariae (I. p. 2.) cet.

CALCIS ACETAS cet. v. Calcaria, vel Nomina antiqua.

CALCIUM CHLORATUM v. Calx salita.

† CALCIUM IODATUM, Iodetum seu Ioduretum Calcii, Calcaria hydriodica. Jodcalcium, hydriodſaurer Kalk. *Iodure de Calcium, Hydriodate de Chaux.* — Paratur saturando Calcariam carbonicam vel hydratam (Calcem extinctam) cum Acido hydriodico, vel decomponendo solutionem Ferri hydriodici Calcis ope et evaporando solutionem filtratam claram leni calore ad siccum. — Massam exhibet albam, sapore pungente ingrato-salso et amaro, quae calore facile funditur, aëre deliquescentem, facillimam solutu in aqua (de ceteris proprietatibus conf salia hydriodica in universum p. 20.). Constat in statu anydro ex Calcii 1 et Iodi 2 P. Mixt. — *Vis:* aliis salibus hydriodicis affinibus similis. — *Usus:* Idem. Apud nos non adhibetur.

CALCIUM SULPHURATUM v. Hepar Sulphuris calcareum.

## CALOMEL. Kalomel. *Calomèle.*

*Synon.:* Calomelas seu Calomelanos, Mercurius dulcis seu sublimatus dulcis, Panacea mercurialis, Aquila alba mitigata, Draco mitigatus, Manna Metallorum seu mercurialis, Panchymagogum minerale, Filius Majae seu Quercetani, Corallinum album Libavii, Hydrargyrum muriaticum mite seu oxydulatum, Submurias Hydrargyri. Hydrargyrum chloratum, Chloretum, Chloruretum seu Protochloruretum Hydrargyri, Murias Protoxydi Hydrargyri, hyrargyrosus seu Hydrargyri dulcis, Murias seu Hydrochloras Oxyduli Hydrargyri mitis. Verſüßtes Queckſilber, ſüßer Sublimat, Queckſilberpanacee, weißer Adler, einfach Chlorqueckſilber oder Halb-Chlorqueckſilber, Queckſilberchlorür, ſalzſaures Queckſilberoxydul. *Mercure* ou *Hydrargyre doux, Aigle blanc, Panacée mercurielle, Manne metallique* ou *mercurielle, Panchymagoque minérale, Chlorure* ou *Protochlorure de Mercure, Muriate de Mercure oxydulé* cet.

Rec. Mercurii vivi Unc. sex,
Mercurii sublimati corrosivi Unc. octo.

Misce terendo, caute Spiritus Vini aliquot Guttas subinde inspergendo, donec globuli Mercurii disparuerint; tunc immitte in cucurbitam vitream vel in vitra ordinaria

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0168-6
DFG

medicinalia, ad dimidium tantum replenda, et pone ita in balneum arenae, ut vasa usque ad collum arena tegantur. Calefiat primum igne remissiori, gradatim augendo, donec Calomel sublimari incipiat, tunc arena caute removeatur a superioribus vasorum parietibus et continuo sustentetur ignis fortis, donec omnia sublimata sint. Vas adhuc calens eximitur, panno aqua humectato obvolvitur, ut diffindatur et massa concreta cohaerens pura sollicite a particulis pulverulentis et globulis Mercurii vivi liberanda. — Sic massam exhibet albam, subhyalinam, splendentem, fibroso-crystallinam, fere insipidam, pond. spec. 7,176, corpori duro affrictam ductum sulphureum assumentem, igne mediocri penitus sublimatur, luce colorem obscurum assumit. — Ad usum medicum triturando in mortario lapideo vel supra porphyritem in pulverem subtilissimum redigendus, qui denique Aqua destillata elutriandus, optime lavandus et siccandus, ut pulverem impalpabilem exhibeat colore albo, vix flavescente; primum insipidum demum sapore miti mercuriali, insolubile in aqua frigida et spiritu vini frigido. — *Part. const.* Mercurii et Chlori āā aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* antisyphilitica, ptyalismum ciens, antiphlogistica, antirrheumatica, purgans, resolvens, anthelmintica, cet.

Sit massa compacta crystallina supra ut bonae nota descripta. Calomel ad usum medicum pulverem impalpabilem album vix flavescentem fere insipidum minime griseum vel glareosum exhibeat; calore penitus in auras abeat, si cum spiritu vini frigido tractatur, liquor filtratus aquae hepaticae ope minime coloretur.

*Usus:* In pulvere, pilulis, electuario, minus apte in syrupo vel adeo in mixtura. Semper circumspecte parva dosi, secundum indicationes, adhibendus. Cave commisceas cum acido salis, salibus muriaticis vel adeo chloro aut acido borussico aliisque praeparatis hoc acidum continentibus, ut aqua amygdalarum, cet., porro cum alcalibus et magnesia ipsa, quae cum decomponunt et mercurium oxydulatum nudant. Kermes minerale et sulphur auratum antimonii pariter calomel decomponunt.

Pristinae et nonnullae novae Pharmaçopoeae hoc praeparatum denuo semel, bis, terve, sexies (Panacea mercurialis), immo sedecies (Calomelas verus) sublimari proponunt, quia his operationibus repetitis praeparatum mitius fieri contendebant, quod tamen falsum.

**CALOMEL VIA HUMIDA PARATUS**, Mercurius dulcis praecipitatus seu purgans, Murias Hydrargyri praecipitatus (De ceteris Synonymis v. praecedens.)

Rec. Solutionis Mercurii nitrici oxydulati acidae quantum vis. Dilue cum sedecim Aquae destillatae Partibus et admisce solutioni limpidae tamdiu Solutionem Salis communis, quamdiu praecipitatum enascitur, quod statim Aqua destillata frigida et denique Spiritu Vini sollicite edulcorandum, et leni calore loco umbroso siccandum. — Pulvis albus impalpabilis, ponderosus, fere insipidus vel saltem sapore miti mercuriali, pressione forti colorem sulphureum assumens. Ceterum quoad proprietates, *Part. const.* et *Vim* cum praecedente congruit et pari modo adhibetur.

CALX ACETATA v. Calcaria acetica.

CALX ANTIMONII v. Antimonium diaphoreticum (p. 35.) et Cinis Antimonii.

**CALX ANTIMONII CUM SULPHURE** Hoffmanni, Hepar Antimonii calcareum, Calcaria sulphurato-stibiata, Sulphuretum Stibii seu Antimonii cum Calcio, Calx Stibii seu Antimonii cum Sulphure, Antimonii Calx sulphurata, Calcium sulphurato-stibiatum, Sulphuretum Calcariae et Stibii. Hoffmann's Spießglanzkalk mit Schwefel, kalkhaltige Spießglanzleber, ſpießglanzhaltiger Schwefelkalk. *Sulphure de Chaux* ou *calcaire antimonial*,

*Foie de Soufre calcaire antimonial, Sulphure d'Antimoine et de Chaux* ou plutot *de Calcium.*

Rec. Antimonii crudi pulverati Drachm. tres, Sulphuris Unc. semis et Calcis vivae e Testis Unc. duas. Misceantur exactissime et inculcetur miscella in tigillum Hassiacum, bene tegendum et luto muniendum, tunc incandescat per horam, post refrigerationem eximatur massa, et rejecto strato tenui superiore et bene trita asservetur in vase bene clauso. — Pulvis subtilis, albido-flavescens, (passim fuscescens) odore debili hepatico et sapore acri-corrugante sulphuroso. In aqua aegre et partim tantummodo solubile, acidis fortioribus superfusum aërem hepaticum copiose emittens et colorem fuscum assumens. — *Vis:* resolvens, alterans, majori dosi emetica. — *Usus:* In pulvere et pilulis raro, praecipue in aqua soluta (p. 50.) adhibetur et externe, pro balneis, cet. usurpatur. — Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus; pulvis fere insipidus, cum acidis paullum tantum aëris hepatici emittens rejiciatur. — Pharm. Bavarica Antimonii crudi laevigati et Flor. Sulphur. āā Part. unam et Calcis vivae Part quatuor per quadrantem horae incandescere curari praescribit. — Ph. Borussica Conch. ppt. Unc. duas, Reguli Antimon. venalis laevigati Drachm. duas et Flor. Sulphur. lot. Unc. semis misceri, miscellam in crucibulo strato concharum ppt. obtegi et incandescere curari praescribit, donec particula exemta colore sit fuscescente, tum rejecto strato concharum, massam refrigeratam bene triturari et servari. — Ph. Hassiae El. Calcis vivae Unc. quinque, Antimon crudi ppt. Unc. duas et Flor. Sulphur. Unc. unam semis, — Ph. Polonica Calcis extinctae Unc. quinque, Flor. Sulphur. Unc. unam semis, Sulphur. aurat. Antimon. Unc. semis, — Ph. Rossica et Wirtembergica Antimon. crudi Drachm. tres, Sulphur. Unc. semis, Calcis e Testis Drachm. decem praescribunt. — Ph. Slesvico-Holsatica Calcis vivae Unc. quinque, Antimon. crud. et Flor. Sulphur. loti āā Unc. unam semis sumi proponit. — Piepenbring Conchar. calcinat. Part. tres et Sulphur. aurat. Antimonii Part. unam praescribit.

CALX ANTIMONII CUM SULPHURE VIA HUMIDA PARATA, Calcaria sulphurato- sive hydrosulphurato-stibiata Pharm. Borussicae edit. prioris. Schwefelſpieß-glanzkalk auf naſſem Wege bereitet. *Hydro-sulphate de Chaux antimonié.*

Rec. Calcis vivae pulv. Unc. unam semis, Sulphur. aurat. Antimon. Unc. semis. Invicem tritis sensim adde Aquae fervidae Unc. duodecim. In vase porcellaneo, sub agitatione continuato leni calore exsicca et serva. — Pulvis praecedenti similis, facilior autem solutu in aqua, solutio addito acido aliquo forti praecipitatum aurantiacum praebens et vix aërem hepaticum emittens. — Pari modo atque praecedens adhibetur. — Pharm. Batavae, Hannoveranae, Oldenburgicae et Saxonicae formulae cum hac congruunt. — Van Mons in solutione Hepatis Sulphuris calcarei Sulphur auratum Antimonii ad saturationem solvi et ad crystallisationem evaporari suadet.

CALX ARSENICI, BISMUTHI, CUPRI, HYDRARGYRI seu MERCURII, PLUMBI, STIBII, ZINCI cet. v. nomina metallorum vel alia nomina antiqua usitatiora.

CALX EXTINCTA, Calcaria hydrata, Hydras Calcariae seu calcicus. Gelöſchter Kalk, Kalkhydrat. *Chaux éteintée, Hydrate de Chaux.* — Obtinetur adspergendo Calcem vivam dimidio pondere Aquae et asservando post plenam extinctionem Calcem dilapsam in vasis optime clausis. — Pulvis albus, impalpabilis, sapore corrugante Calcis. — Constat ex Calcis et Aquae aequalibus Pond. Mixt. — Calore aquam amittit, ceterum cum Calce viva congruit et pari modo adhibetur. — Saepissime Calx viva ad paranda praeparata pharmaceutica extingui debet.

CALX JOVIS cum Cinere Jovis congruit (v. etiam Stannum oxydatum).

CALX LUNAE Bate est Argentum chloratum (v. etiam Luna cornea.).

CALX MERCURII EDIMB. sec. Lewis nihil aliud est nisi Mercurius nitrosus evaporando solutionem Mercurii in Aqua Forti ad siccum obtentus.

CALX OXYMURIATICA, PHOSPHORATA, SULPHURATA et SULPHURICA cet. v. Calcaria et Nomina antiqua usitatiora.

## CALX SALITA. Salzſaurer Kalk. *Chaux salite.*

*Synon.:* Calx muriatica, Sal Ammoniacum fixum seu salitum, Sal muriaticum seu marinum calcareum, Terra calcaria muriatica, Calcaria muriatica, muriatosa seu salita, Sal marinum Calcariae, Murias Calcariae seu calcicus, Muriaticum calcareatum, Calcium chloratum, Chloretum seu Chloruretum Calcii. Salzſaure Kalkerde, fixer Salmiak, kalkartiges Meerſalz oder Kochſalz, Chlorcalcium. *Muriate de Chaux, Sel Ammoniac fixé, Sel marin calcaire.*

Rec. Residuum ex praeparatione Salis volatilis sicci vel Spiritus Salis Ammoniaci caustici. Solve in sufficiente Aquae quantitate, filtra et evapora liquorem clarum ad siccum, tum funde sal in crucibulo calore candente, donec vapores emitti cessaverint, effunde massam, solve iterum in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0170-5

aqua et filtra, deinde evapora ad Syrupi tenuis consistentiam et sepone loco frigido, ut crystalli concrescant, quae colligendae, statim inter chartam bibulam siccandae et in vasis optime clausis loco frigido asservandae. Habebis Calcem salitam crystallisatam, kryſtalliſirten ſalzſauren Kalk, *Chaux salite crystallisée.* Si liquor ad siccitatem evaporatur et igne fortiori iterum funditur, Calcem praebet salitam anydram, Sal Ammoniacum fixum, Calcium chloratum, quae pariter statim et adhuc calens in vitris bene claudendis asservanda. — Sal crystallisatum prismata exhibet regulariter hexagonalia, passim striata, vel spicata; sapore ingrato acri–salso et amaro, simul refrigerante.—Constat ex Calcii chlorati 1 et Aquae 6 Pond. Mixt. (vel ex Calcariae muriaticae 1 et Aquae 5 Pond. Mixt.) — Leni calore deliquescit et aquam amittit, calore auctiore funditur et in Calcium chloratum (v. supra) convertitur, massam exhibens solidam, albam, subdiaphanam, structura crystallina, sapore praecedentis, sed simul calefaciente. — *Part. const.* Calcii 1 et Chlori 2 Pond. Mixt. — Ambo ex aëre humorem attrahunt et deliquescunt, facillima solutu in aqua uti et in spiritu vini. — *Vis:* stimulans, resolvens, alterans.

Sit sal album, neutrum, in statu anydro fixum, facillime et penitus solubile in aqua et spiritu vini, solutio neque addito spiritu salis ammoniaci caustico, neque aqua hepatica turbetur, vel coloretur, solutione autem ammonii oxalici penitus praecipitetur.

*Usus:* In solutione tam interne quam externe adhibetur; inservit etiam ad balneum calcis salitae (p. 106.), ad quem usum non necesse est, ut omnino pura sit.

Plures Pharmacopoeae Calcariam carbonicam puram, e. g. Cretam, Conchas pptas, cet. in Acido Salis dissolvi atque solutionem claram ad siccum evaporari praescribunt. Si vero accurate, uti praescriptum est, agitur, semper praeparatum purum obtinetur.

CAMPHORA ARTIFICIALIS, Oleum Terebinthinae salitum seu muriaticum, Dadylum hydrochloricum. Künſtlicher Kampher, ſalzſaures Terpentinöl oder vielmehr Dadyl, Terpentinchlor. *Camphre artificiel, Huile de Térébenthine muriatique, Chlorure de Térébenthine.* — Obtinetur introducendo Gas Acidi Salis exsiccatum in Oleum Terebinthinae rectificatum et frigefactum, quamdiu absorbetur, separando massam crystallinam a fluido, exprimendo inter chartam bibulam et sublimando partem solidam. — Massa alba, subdiaphana, adspectu Camphorae (I. p. 24.), odore debili Camphorae, sapore miti, leni calore volatilis, fere insolubilis in aqua, facile solubilis in spiritu vini, aethere et oleis; solutio spirituosa neutralis solutione argenti nitrici non turbatur. — *Part. const.* Dadyli et Acidi Salis aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* (?) — *Usus:* (?) Van Mons in Ph. usuelle tanquam medicamentum proponit et re vera medicorum attentione digna est. (Conf. etiam Liquor antarthriticus Pottii)

CANCRI FLUVIATILES USTI. — Uti Bufones combusti (p. 140) parantur. — Merito autem pariter dudum exoleverunt.

CANDELAE CEREAE, CHIRURGICAE, MERCURIALES, MITIGANTES, PROBATORIAE, SATURNINAE, SIMPLICES, ad VERRUCAS cet v. Cereoli.

## CANDELAE FUMALES.
## Räucherkerzchen. *Cloux à Parfum.*

*Synon.:* Pastilli, Tabellae seu Trochisci fumales. Rauchkerzchen. *Pastilles odorantes.*

Rec. Styracis Calamitae Unciam unam semis,
Benzoës,
Mastiches,
Caryophyllorum aromaticorum,
Sacchari albi āā Drachmas sex,
Carbonum Tiliae, vel ex alio Ligno levi, optime exustorum Uncias quindecim.

Fiat omnium pulvis subtilissimus, qui Mucilaginis Tragacan-

thae sufficiente quantitate in justam consistentiam sive massam redigendus est, ex qua pro lubitu Candelae formari poterunt. Si massae modo praescriptae Bals. Peruv. Unc. semis, Ol. destill. Caryophyll., Lign. Rhodii, Lavendul. āā Scrup. unus adduntur, fragrantiores et Candelae fumales completae, quae dicuntur, formari possunt. — *Usus:* Ad suffitum; tanquam Mosea etiam usurpari possunt. — Permultae sunt praescriptiones ad parandas Candelas fumales, quas praetereamus. — Pharmacopolae relinguendum, si a dato praecepto plus minus discedere velit.

† CANIRAMIUM, Brucium seu Brucinum (false). Kaniramin, Brucin. *Caniramine, Brucine.*

Obtinetur in parando Strychnio, evaporando Loturas in purificatione Strychnii obtentas, Caniramium continentes, ad siccum, tractando residuum Spiritu Vini absoluto, abstrahendo Spiritum ex solutione et iterata crystallisatione residui. — Prismata exhibet recte rhombica, saepius acicularia, stellatim aggregata, vel lamellas micaceas, albas, margaritaceas, sapore nauseoso-amarissimo, aëre immutabiles, leni calore liquefiunt et aquam amittunt. — *Part. const.* Carbonei 32, Hydrogenii 36, Oxygenii 6 et Azoti 2 Pond. Mixt. Crystalli adhuc 6 Aquae Pond. Mixt. continent. — Acidum nitri colore intense rubro, post flavo, imbuit. 350 Aquae fervidae Part. ad solutionem requirit. Solutio alcalium modo reagit et tincturae gallarum ope valde praecipitatur; in spiritu vini Caniramium facile solutu, in aethere non ita; igne decomponitur. — Salia format cum acidis plerumque facile solubilia in aqua et crystallisabilia, sapore amarissimo, ad acidum nitri et tincturam gallarum uti caniramium sese habentia. — *Vis:* stimulans, toxica, facile tetanum cet. efficiens, minus energice autem quam strychnium. — *Usus:* Simili modo atque strychnium adhibetur. In paralysi laudatur, semper circumspecte in exigua dosi praescribendum!

†CANTHARIDIUM seu CANTHARIDINUM. Kantharidin, Kantharidenkampher. *Cantharidine.*

Paratur extrahendo Cantharides Aqua, evaporando extractum et extrahendo residuum cum Spiritu Vini rectificatissimo, iterum evaporando extractum alcoholicum, digerendo residuum cum Naphtha Vitrioli et evaporando solutionem aetheream claram in aëre. Cantharidium relictum Spiritu Vini frigido abluitur. — Lamellas exhibet parvas, micaceas, inodoras, sapore acerrimo caustico; leni calore facile deliquescit et sublimatur, insolubile in aqua et spiritu vini frigido (in statu purissimo), facilius solutu in spiritu vini calido, magis in naphtha et oleis; solutiones indifferentes sunt. — Constat ex Carboneo, Hydrogenio, Oxygenio et Azoto. — *Vis:* maxime irritans, stimulans, in exiguis particulis cum cute in contactu vesicas excitans; vapores jam facile perniciosi sunt. — *Usus:* Per se nondum pro medicamento adhibetur. Est autem Cantharidum materia medicatrix, unde medicorum attentione dignum.

CANTHARIDUM PRAEPARATIO sec. Disp. Viennens. fit separando Cantharides, Aceto interfectas, a capitibus et alis, et siccando. — Secundum Ph. Augustanam et alias integra insecta siccata hoc nomine intelliguntur.

† CAPSICINUM seu RESINA CAPSICI, Capſicin, ſcharfes Harz des ſpaniſchen Pfeffers. *Capsicine.* — Materia quasi resinosa Capsici annui (I. p. 207.) Spiritus Vini ope obtinenda. — Summopere acris, irritans, facile toxica. — Vires medicatas Capsici annui concentrice in se conjungit. In statu purissimo autem nondum ita cognitum est, quanquam quod magis elaboretur, meretur, medicorumque attentione pariter dignum est.

CAPUT MORTUUM VITRIOLI v. Colcotar.

CARAVAI CORDIAL. v. Spiritus Carvi.

CARBO ANIMALIS v. Cornu Cervi ustum nigrum (I. 42.) et Caro vitulina tosta (p. 151.).

## CARBO ANIMALIS seu OSSIUM DEPURATUS. Gereinigte Thier- oder Knochenkohle. *Charbon animal depuré.*

Rec. Carbonis Ossium (I. 42.) quantum vis. Digere cum sufficiente Acidi Salis diluti quantitate, donec omnes partes calcariae solutae sint. Carbonem restantem optime edulcora Aqua pura, qui tunc in crucibulo tecto et luto bene munito, cujus operculum foramine parvo instructum sit, igne moderato incandescat et refrigeratus in vase bene clauso servandus. — Pulvis ater, insipidus, igne aperto lente sed penitus fere, comburitur, ceterum uti Carbo Ligni (I. 26.) sese habet. — Est Carbo Azotum continens. — *Vis:* depurans, antiseptica, odores ingratos, nauseosos et putridos, uti et plures colores absorbens et destruens, non minus plura metalla ex ipsorum solutione praecipitans. — *Usus:* In pulvere, electuario, trochiscis cet. Praecipue etiam ad depuranda plura salia, acida, alcalia organica, aliaque corpora colore fusco inquinata, quae non facile decolorari possunt, inservit.

## CARBO LIGNI PURUS. Gereinigte Holzkohle. *Charbon végétal depuré.*

*Synon.:* Carbo praeparatus vegetabilis, Carbones Ligni exusti.

Rec. Carbonis Ligni grosso modo pulverati quantum vis.

Optime elixiva Aqua pura et post exsiccationem incandescat in crucibulo seu alio vase ferreo bene

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0172-7
DFG

clauso, foramine autem parvo loco apto instructo, donec vapores et fumum emittere cessaverit. Post refrigerationem statim in vasis bene clausis asservandus. — Pulvis nigerrimus, levis, insipidus (ceterum conf. I. 26.). — *Vis:* depurans, antiseptica, desoxydans.

*Usus:* In pulvere, electuario, trochiscis, et externe quoque adhibetur. Inservit ad depurandum uti praecedens. Pro antidoto quoque habetur in mercurium sublimatum corrosivum.

CARBO LIXIVII SANGUINIS DEPURATUS. Gereinigte Blutlaugenkohle. *Charbon de Sang depuré.*

Rec. Sanguinis bovini recentis Part. quinque, Cinerum clavellatorum depurat. Part. unam. Misce et evapora ad siccum, tunc incandescat leni igne in tigillo tecto, donec vapores odorantes et aëres inflammabiles evolvi desinant. Residuum carbonaceum teritur cum aqua in pulverem subtilissimum, edulcoratur primum Aqua, deinde coquitur cum Acido Salis puro diluto et iterum edulcoratur. Servari tunc potest in vitro clauso Aqua tectus, vel exsiccari et denique in tigillo bene tecto antea leniter incandescere curari. — Pulvis ater, carboni animali depurato supra descripto simillimus, — eodemque modo adhibetur. *Vi* decolorante magis praeditus et ad depuranda nonnulla acida et alcalia organica praecipue aptus. Caute autem semper adhibendus, quia substantias depurandas partim ipsas alterat.

CARBO PILAE MARINAE et CARBO SPONGIAE v. Pilae marinae et Spongiae combustae.

CARBONAS v. quaeque nomina basium vel nomina antiqua.

CARBONIS PULVIS ACIDULUS Pharm. castrensis Ruthenae. Kohlenpulver mit Citronenſäure. *Charbon avec de l'Acide citrique.*

Rec. Carbonis Ligni dep. Scrup. unum, Acidi Citri Gran. quinque. Misce; fiat Pulvis tenerrimus.

CARBONEUM SULPHURATUM, Sulphuretum Carbonei, Carburetum Sulphuris, Alcohol Sulphuris. Schwefelkohlenſtoff, Schwefelalkohol. *Carbure de Soufre, Sulphure de Carbone.*

Rec. Carbonis Ligni recenter exusti, in frustula parva redacti et a pulvere cribri ope liberati quantum vis. Immitte in tubum porcellaneum vel ferreum fusum, aut aliud vas idoneum in furno anemio positum, adapta in una extremitate tubum vitreum cum refrigeratorio, in lagenam vitream, Aquam frigidam continentem, et tubulo pneumatico instructam, desinentem, et obtura alterum orificium; juncturis bene clausis calefac tubam vel vas carbonem continens ad incandescentiam usque, tunc ingere sensim per orificium, semper statim claudendum, Sulphuris frustula, quamdiu Carboneum sulphuratum in excipulum transit. Liquor elicitus fundum petens ab aqua supernatante separandus, lenissimo calore rectificandus et in vasis vitreis bene clausis, optime Aquae stratu tectus, loco frigido asservandus. — Liquor decolor aqueus, p. spec. 1,272, odore penetrante peculiari, subhepatico, simul aromatico uti et sapore, qui insuper acer et pungens, lucis radios valde refringens, maxime volatilis et evaporando frigoris sensum efficiens; temperatura 36° R. jam ebullit et destillatur; facile flammam concipit et cum odore sulphuroso comburitur. — *Part. const.* Carbonei 1 et Sulphuris 2 Pond. Mixt. — Insolubilis in aqua, facile autem solutu in spiritu vini, naphtha et oleis; solvit etiam sulphur, phosphorum, camphoram et plures resinas cet. — *Vis:* excitans, antirrheumatica, antarthritica, antipsorica. — *Usus:* Et interne et externe adhibetur, per se guttatim vel solutum in spiritu vini rectificatissimo, aethere aut oleis. — Remedium valde efficax, medicorum attentione omnino dignum.

CARBURETUM FERRI v. Graphites.

CARBURETUM IODI v. Ioduretum Carbonei.

CARMINUM. Karmin. *Carmin.*

Obtinetur coquendo Coccionellae Unc. duas in Aq. purae Libr. duodecim in lebete stanneo, spatula vitrea saepius agitando, addendo tunc Aluminis purissimi Scrup. quinque, coquendo adhuc per 2 minutas, tunc colando liquorem clarum rubrum per cribrum sericeum in pateras porcellaneas vel vitreas, quae leviter tectae per aliquot dies seponendae, ut Carminum subsidat, quod in filtro colligendum, edulcorandum et in umbra siccandum. — Pulvis tenerrimus, pulcherrime ruber, insipidus et insolubilis in aqua. — Ad pingendum et tingenda varia medicamina inservit.

CARO CYDONIORUM, CITRI v. Conditum.

CARO VITULINA TOSTA, Carbo animalis seu Carnis. Geröſtete Kalbscarbonaten oder Kalbsrippen.

Parantur torrendo Carnem vitulinam a pinguedine liberatam, cum Jugis dissectam in vase clauso saepius agitando, igne moderato, donec colorem obscure fuscum assumserit et friabilis fiat. Tunc teritur in pulverem, qui in vasis clausis asservandus. — *Vis:* incitans, resolvens, discutiens. — *Usus:* Interne in pulvere, parva dosi.

CARTHAMIUM seu CARTHAMINUM, Acidum carthamicum, Rubrum hispanicum. Karthamin, Karthaminſäure, Saflorroth, Spaniſchroth. *Carthamine, Rouge végétale* ou *d'Espagne.* — Paratur ex Floribus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0173-2
DFG

Carthami tinctorii Aqua frigida, paullo Aceti acuata, colore flavo privatis, macerando Aqua pura, in qua paullum Salis Sodae solutum est, et praecipitando colorem Succi Citri ope, qui colligitur et exsiccatur. — Pigmentum intense rubrum, in massa cohaerente superficiem auroviridem, tritum autem et expansum colorem pulcherrime rubrum exhibens, insipidum, insolubile in aqua et acidis dilutis, facile solutu in aqua, alcali quoddam continente, cum colore flavescente; acida Carthamium cum colore rubro recuperato praecipitant. — Ad tingendum, pingendum et infucandum inservit.

CARYOCOSTYNUM v. Electuarium.

CARYOPHYLLINUM. Caryophyllin, Nelkenkampher. *Caryophylline.* — Obtinetur macerando Caryophyllos orientales Spiritu Vini, donec Caryophyllino tecti sunt, vel coquendo Spiritu Vini alcoholisato; inter refrigerationem Caryophyllinum secernitur, quod Liquore alcalino et Aqua bene lavandum et exsiccandum. — Pulvis niveus, nitens, levis, ex crystallis tenuissimis acicularibus constans, inodorus et insipidus, insolubilis in aqua et spiritu vini frigido, solubilis in spiritu vini forti calido et naphtha; calore aegre liquefit et calore fortiori decomponitur. — Eodem modo atque Camphora (I. p. 24.) compositum esse fertur. — Per se hucusque nondum pro medicamento adhibebatur.

CASSIA EXTRACTA seu PRO CLYSTERIBUS. Hoc nomine Pulpa Cassiae intelligitur, Decocto ex Herbis Violariae, Malvae, Mercurialis, Betae, Parietariae et Flor. Violar. āā Manip. uno cum s. q. Aquae parato, extracta et cum Sesquipondere Sacchari Thomaei mixta.

CASSIA CUM MELLE. — Fit pari modo, substituendo Saccharo Mel (v. Diacassia).

CASTORINUM. Caſtorin. *Castorine.* — Obtinetur coquendo Castoreum cum Spiritu Vini rectificatissimo, evaporando solutionem, lavando Castorinum Spiritu Vini frigido, solvendo in Spiritu Vini fortiori calido cum additione Carbonum Lixivii Sanguinis, filtrando et evaporando filtratum in aëre. — Prismata exhibet aggregata, tenuissima, tetragona, albida, pellucida, mollia, subpinguia, odore debili castorino et sapore ingrato gutturali; leni calore liquefit et calore aucto partim avolat, partim decomponitur; insolubile in aqua frigida, aegre in aqua fervida, solummodo in spiritu vini calido fortissimo, naphtha et oleis facile solutu, in liquoribus alcalinis calore solvitur, sed sine alteratione, et in frigore ex solutione deponitur; ab oleo vitrioli in frigore facile solvitur, ex solutione flava Castorinum aquae ope praecipitatur, ab aceto radicali pariter solvitur. — Est materia adiposa sui generis. — *Vis:* (?) — Medicorum attentione dignum videtur.

CATAPLASMA ACETATUM Pharm. castrensis Ruthenae. Breiumſchlag mit Eſſig. *Cataplasme avec du Vinaigre.*

Rec. Micae Panis vel Farinae cujuslibet quantum vis, Aceti quantum satis, ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma Crustae Panis acetosum.)

CATAPLASMA ACRE v. Catapl. discutiens.

CATAPLASMA ADSTRINGENS sec. Bories. Adſtringirender Breiumſchlag. *Cataplasme adstringent.*

Rec. Lap. Haemat. Drachm. semis, Sang. Dracon. Drachm. unam, Sarcocoll. Drachm. duas, Boli Armenae Unc. unam, Albumin. Ovi q. s., ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma antisepticum et stypticum.)

CATAPLASMA ALTHAEAE EMOLLIENS Ph. Hispan. Erweichender Eibiſch-Breiumſchlag. *Cataplasme de Guimauve emollient.*

Rec. Rad. Alth. inc. Unc. decem. Coque in q. s. Aquae ad mollitiem, adde Herb. Malv. Unc. quatuor. Bulliant iterum ad humiditatis fere consumtionem. Contunde et pulpae, per setaceum equinum trajectae, admisce Axung. Porc. Unc. duas, Vitell. Ovor. Nro. duo. Habebis Cataplasmatis Libras duas. (V. etiam Cataplasma emolliens et Medullae Panis.)

CATAPLASMA ALBUMINIS seu aluminosum. Breiumſchlag mit Eiweiß und Alaun. *Cataplasme albumineux.*

Rec. Alumin. pulv. Drachm. unam, Albumen Ovi unum, Aq. Sambuc. vel Rosar. Unc. unam. Misce exacte conquassando. (V. etiam Coagulum Aluminis.)

CATAPLASMA AD AMBUSTA Hoffmanni. Breiumſchlag gegen Verbrennung. *Cataplasme contre la Brulure.*

Rec. Albumin. Ovor. Nro duo, Ol. rosacei Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. unam. Agitentur et misceantur exactissime.

CATAPLASMA AMMONIACALE Vogleri.

Rec. Panis tritic. sicci cont. Unc. quinque, Sem. Lini cont. Unc. unam, Sal. Ammon. comm. pulv. Drachm. unam. Fiat cum s. q. Aq. fervidae Cataplasma.

CATAPLASMA AMYLI Swediaur. Stärkmehl-Breiumſchlag. *Cataplasme d'Amidon.*

Rec. Amyli quantum libet, Decoct. Chamom. vulg. saturati q. s., ut f. Pasta.

CATAPLASMA AMMONIACALE Augustini. Salmiakgeiſthaltiger Breiumſchlag. *Cataplasme ammoniacal.*

Rec. Pulp. Cassiae Unc. unam, Ol. Amygdal. dulc. Unc. semis, Elaterii, Spir. Sal. Ammon. aquosi āā Drachm. duas. Misce.

CATAPLASMA AD ANGINAM Michaelis. Breiumſchlag gegen Bräune. *Cataplasme contre la Croupe.*

Rec. Rad. Bryon., Alth. āā Unc. unam, Hb. Malv., Violar. āā Manip. unum semis, Flor. Chamom. Man. semis. Bulliant ad mollitiem et pistentur, tunc adde Farin. Fabar., Hordei, Lini et Foenugraeci āā Unc. semis, Nidi Hirund. pulv. Unc. semis. Fiat c. s. q. Ol. Chamom., Lilior. alb. et Lini l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA ANODYNUM Cadet, Pharm. milit. Danicae cet. Schmerzlindernder Breiumſchlag. *Cataplasme anodyn* ou *calmant.*

Rec. Farin. Sem. Lini et Hordei āā Libr. unam, Decoct. Capit. Papav. q. s. Coque ad requisitam consistentiam et adde Laudan. liq. Sydenh. Drachm. unam vel duas. — Henry et Guibourt Farin. Sem. Lini Unc. duas cum Decocto ex duobus Capit. Papav. Unc. octo in Cataplasma redigi, super linteum expandi et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0174-8
DFG

in superficie Laud. liq. Sydenh. Drachm. irrorari praescribunt. — Ph. Lusitan. milit. Farin. Sem. Lini Unc. tres c. s. q. Decoct. Papaver. et Solani nigri in Cataplasma redigi praescribit.

CATAPLASMA ANODYNUM seu e Papavere compositum et Hyoscyamo Ph. Gallicae.

Rec. Capit. Papav. alb. conc. Unc. unam, Herb. Hyosc. nigr. rec. Unc. duas. Coque cum s. q. Aquae ad Colat. Libr. unius et semis, colaturae adde Farin. emollient. Unc. quatuor et coque indesinenter movendo ad spissitudinem Cataplasmatis.

CATAPLASMA ANODYNUM Richard sec. Spielmannum.

Rec. Herb. Alth. Man. quatuor, Herb. Papav. somnif. Man. unum, Hyosc. Man. semis. Cont. coque cum Lactis q. s. ad consistentiam pultis, tunc adde Ol. Lini Unc. duas, Farin. Sem. Lini Unc. unam. Misce. — Cadet et Pierquin Pulv. Hb. Hyosc., Cicut., Nicotian., Solan. nigr. et Farin. Sem. Lini āā Part. aequales cum s. q. Decocti Capit. Papav. vel Flor. Papav. Rhoead. in pastam redigi praescribunt. — Formulaire des hopit. milit. de France Farin. Hordei, Secalis, Pulv. Herb. Hyosc. et Papav. āā Part. aequales praescribit. (V. etiam Cataplasma emolliens, cum Mica Panis, cum Opio cet.)

CATAPLASMA ANODYNUM Pharm. nosoc. Argent.

Rec. Cataplasm. emoll. Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. et Hyosc. āā Unc. unam.

CATAPLASMA ANTHELMINTICUM Bories et Cadet. Breiumſchlag gegen Würmer. *Cataplasme anthelmintique.*

Rec. Aloës, Asae foet., Olibani, Gumm. Gutt. āā Drachm. semis, Pulv. Hb. Absinth. et Tanaceti āā Unc. semis, Ol. Lini q. s., ut fiat pasta aliquantum solida.

CATAPLASMA ANTIARTHRITICUM Mollenbruck.

Rec. Herb. Malv., Beccabung., Cochlear., Serpyll. āā Man. unum, Flor. Chamom. Pug. tres. Coque in s. q. Aquae; express. adde Spir. Lumbric. Drachm. sex, Sap. Venet. Drachm. quinque, Camphor. Scrup. unum, Croci Gran. octo. F. l. a. Cataplasma.

†CATAPLASMA ANTICANCROSUM seu Puls arsenicalis Le Febure sec. Augustin. Breiumſchlag gegen Krebs. *Cataplasme contre le Cancer.*

Rec. Succ. Carottar. (seu Rad. Dauc. sativ.) Libr. unam, Sacch. Saturn., Arsen. alb., in Acet. Vini dest. q. s. soluti, āā Unc. semis, Herb. Cicut. pulv. q. s., ut f. Cataplasma seu Puls. — Swediaur Arsenic. alb. Unc. semis, Camphor. Unc. unam, Acet. Libr. unam et Succi Dauci Libr. duas cum s. q. Pulv. Herb. Cicut. in Cataplasma redigi praescribit.

CATAPLASMA ANTICHOLERICUM. Breiumſchlag gegen Cholera. *Cataplasme anticholerique.*

Rec. Spec. aromat. Unc. sex, Farin. Sem. Lini Unc. tres. M., f. Pulvis grossus. — Alia formula: Rec. Farin. cereal. Part. duas, Sem. Sinap. cont. vel Rad. Armorac. Part. unam, Acet. q. s. M. — Alia formula: Rec. Sem. Sinap. cont. Unc. duas, Rasur. Rad. Armorac. Unc. unam semis, Aceti Vini q. s. ad Cataplasma. — Alia formula: Rec. Fermenti Panis atri Unc. tres, Sem. Sinap. cont. Unc. duas, Rasur. Rad. Armorac. Unc. unam semis, Cepar. sub cinere tost. et cont. Unc. unam, Ammon. muriat. dep. Unc. semis, Fruct. Capsic. Indic. Drachm. duas. M, f. cum Acet. Vini acerrimi q. s. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma epispasticum et Sinapis.)

CATAPLASMA ANTICHOLERICUM Foy.

Rec. Herb. Cicut., Spec. aromat. āā Unc. sex, Sem. Lini et Aq. font. āā q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA ANTIFEBRILE Hoffmanni.

Rec. Herb. rec. Urtic. min., Burs. Pastor., Rutae āā Man. semis. Grosso modo cum Aceto acerrimo contusis adde Lap. Prunell., Sal. commun. āā Drachm. semis, Telae Aranear. Drachm. unam. F. l. a. Cataplasma. Pulsibus applicandum in febribus. — Mynsicht praeterea Hb. Absinth. Man. unum, Oliban. et Nuc. Moschat. āā Drachm. unam addi praescribit, Lap. Prunell. loco Pulv. Pyrii et Sal. commun. āā Unc. unam et *Terebinth. albae q. s. Aceti loco sumi proponit;* ceterum cum praecedente congruit. — Aliae formulae antiquae pariter in summa rei cum his congruunt.

CATAPLASMA ANTIFEBRILE PRINCIPIS Anhaltini ex Piperis, Sal. commun., Croci et Allii āā Part. aequalibus constat.

CATAPLASMA ANTIOPHTHALMICUM v. Cataplasma pomaceum.

CATAPLASMA ANTIPLEURITICUM seu RUBEFACIENS sive e Pipere et Aceto Ph. Gallicae. Breiumſchlag gegen Seitenſtechen. *Cataplasme antipleuritique* ou *rubefiant.*

Rec. Hordei leviter tosti et pulv. Unc. quatuor, Aceti acerrimi Unc. unam, Albumin. Ovor. Nro. tria. Misce in mortario marmoreo et cum s. q. Aquae f. massa extendenda supra stupas linteo impositas; deinde superficiei hujus Cataplasmatis superinsperge pulveres mixtos ex Piperis nigr. Unc. una et Sem. Foenic. Unc. semis. — Bories, Cadet et Pierquin Piper. long. pulv. et Rad. Zinzib. āā Unc. semis cum s. q. Album. Ovi commisceri proponunt. — Ellis Farinae Sinap. Libr. semis, Piper. nigr., Zinzib. āā Drachm. unam cum s. q. Syr. simpl. in Pastam redigi praescribit. — Sec. aliam formulam Sem. Amomi pulv., Cinnamom., Caryoph. āā Unc. semis cum s. q. Farinae et Vini in Cataplasma redigi proponit.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM Berguis. Fäulnißwidriger Breiumſchlag. *Cataplasme antiseptique.*

Rec. Herb. Absinth., Scordii, Tanacet. āā Unc. tres, Rad. Enulae Unc. duas, Bacc. Junip. Unc. unam semis, Aquae et Aceti āā q. s., ut f. pulpa, cui adde Sal. Gemmae Unc. semis, Flor. Chamom. Unc. unam semis, Farin. Sem. Lupini q. s., ut f. Cataplasma.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0175-4
DFG

CATAPLASMA ANTISEPTICUM Brera.

Rec. Pulv. Carbon. Ligni Unc. semis, Catapl. Flor. Chamom. Libr. quinque. Misce.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM seu cum Kino et Camphora Ph. Gallicae.

Rec. Farin. Hordei Unc. sex, Pulv. Cort. Chin. Unc. unam, Aq. Libr. unam. Bulliant per quadrantem horae, continuo agitando, ad justam Cataplasmatis spissitudinem, cui semirefrigerato adde Camphorae pulv. Drachm. unam.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM seu ADSTRINGENS sive cum Concinno et Camphora Disp. Lippiaci.

Rec. Pulv. Salic. fragil. et Cort. Quercus āā Part. unam, Acet. camph. Part. sex Misce. — Disp. Fuldense Pulv. Cort. Salic. et Hb. Rutae āā Unc. duas cum Spir. Vini camphorat. Unc. tribus et Aceti Vini q. s. in Cataplasma redigi praescribit. — Formulaire des hopit. milit. de Paris Farin. Hordei et Secalis, Pulv. Cort. Quercus āā Part. aequales cum s. q. Aquae ad consistentiam coqui et massae refrigeratae addi Camphorae Part. quinquagesimam vel vigesimam quintam praescribit.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM Reussii.

Rec. Pulv. Chinae, Hb. Rutae, Spir. Vini camphor. āā Part sexaginta quatuor, Camphorae Part. duodecim et Aceti q. s, ut f. Cataplasma. — Plenckii formula cum hac in summa rei congruit.

CATAPLASMA ANTISPASMODICUM. Krampfſtillender Breiumſchlag. *Cataplasme antispasmodique.*

Rec. Catapl. Farin. Sem. Lini in Decoct. Capit. Papav. et Croci decocti Unc quatuor. Consperge Pulv. Opii crudi Gran. viginti, Camphor. Drachm. semis.

CATAPLASMA APOPLECTICUM Bateanum. Breiumſchlag gegen Schlag.

Rec. Rad. Bryon. rec. Unc. tres, Sem. Sinap., Sapon. nigr. āā Unc. unam, Cantharid. Drachm. sex. Cont. opt. cum Aceto acerrimo q. s, fiat l. a. Cataplasma pro capite raso.

CATAPLASMA AQUAE MARINAE Swediaur.

Rec. Calcis salit., Sal. commun. āā Unc. semis, Aq. Libr. semis, Farin. cujuslibet q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA AROMATICUM Brugnatelli. Gewürzhafter Breiumſchlag. *Cataplasme aromatique.*

Rec. Herb. Meliss. Unc. sex, Flor. Chamom. Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. quatuor. Coque in Spir. Vini simpl. q. s ad pastae mollis consistentiam. — Formulaire des hopit. milit. de France Farin. Hordei et Cerealis āā Part. centum in Vini rubri centum Partibus coqui et sub finem addi Pulv. aromat. Part. tertiam praescribit. — Ph. nosocom. Argent. Cataplasm. emollient. Libr. unam cum Spec. aromat. gross. pulv. Unc. duabus misceri praescribit.

CATAPLASMA AD BLENNORRHAGIAM seu Cataplasma emolliens Swediaur. Breiumſchlag gegen Blennorrhagie. *Cataplasme contre la Blennorrhagie.*

Rec. Ol. Amygdal. dulc. Unc. semis, Lact. calid. Libr. unam, Micae Panis q. s. ad parandum Cataplasma, cui, si opus est, adde Camphor. cum Oleo tritae Drachm. duas.

CATAPLASMA EX BRYONIA seu Cataplasma discutiens sive resolvens Plenckii.

Rec. Rad. Bryon. Unc. duas, Flor. Sambuc. Unc. unam, Herb. Cicut. Unc. duas. Pulverisata coquantur cum s. q. Aceti ad consistentiam pultis, cui addantur Gumm. Ammoniaci pulv. Unc. semis, Sal. Ammon. Drachm. duae. — Ph. Lusit. milit. Rad. Bryon. Unc. duas, Flor. Chamom. Unc. unam, Gumm. Galbani Unc semis, Sal. Ammon. Drachm. tres, Extr. Cicut. Unc. semis et Aceti q. s. praescribit. (V. etiam Cataplasma resolvens.)

CATAPLASMA seu PULTICULA AD BUBONES seu Carbunculos Diemerbroekii.

Rec. Pulv. Rad. Consolid. maj, Herb. Scord. āā Drachm. duas, Rad. Alth, Farin. Sem. Lini et Tritici āā Unc semis. Coque cum s. q. Aquae ad Pultem crassiusculum, tunc adde Mellis. Terebinth, Ungt. Apostolor. āā Drachm. tres, Picis liquid., Ungt. Basilic. āā Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Croci Scrup. unum. Interdum addantur Theriacae Drachm. duae.

CATAPLASMA AD BUBONES IN PESTE Michaelis. Breiumſchlag gegen Peſtbeulen. *Cataplasme contre les Charbons pestilentiels.*

Rec. Herb. Parid. Manip. duos, Rad. Lilior. albor. et Alth. āā Unc. duas, Caricas Nro sex. Coque in s. q. Ol. Lilior. alb., adde Fuligin. splendent. Unc. unam, Sap. Venet. Drachm. sex, Ol. Aranear. Drachm. unam.

CATAPLASMA AD CANCRUM Pharm. Hamburg. p. paup. edit. prim. Breiumſchlag gegen Krebs. *Cataplasme contre le Cancer.*

Rec. Roob Dauci Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. et Cort. Peruv. āā Unc. unam, Extr. Saturn. Goulard., Laudan. liquid. Sydenh. āā Drachm. duas. M — Disp. Fuldense Roob Dauci Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. Unc. duas, Laud. liquid. Sydenh. Drachm. tres praescribit — Van Mons formula fere eadem est. — Cadet et Pierquin Rad. Dauci ras. Libr. semis, Hb. Cicut. Man. unum, Hyoscyam. Man. semis, Axung. Porci Unc. semis, Ol. Rosar. Unc. unam c. s q. Decoct. spiss. Alth. coqui praescribunt. — Swediaur Roob Dauci Unc. novem et Acid. Salis Drachm. tres cum Pulv. Hb. Cicut. q. s. ad Cataplasma praescribit. (V. etiam Cataplasma Dauci et resolvens.)

CATAPLASMA CANTHARIDUM, Pasta epispastica seu vesicatoria, Vesicatorium magistrale, Massa caustica Ph. Lusitanicae. Canthariden-Breiumſchlag. *Cataplasme de Cantharides.*

Rec. Pulv. Cantharid., Farin. Tritici āā Unc. semis, Aceti Vini q. s., ut f. Cataplasma crudum. — Bories Fermenti Panis Unc. unam, Aceti Unc. semis in Pastam redigi, tunc addi dimidiae parti Pulv. Cantharid. Drachm. tres

et alteram supra illam consterni praescribit. (V. etiam Cataplasma vesicatorium.)

CATAPLASMA IN CAPITIS CONTUSIONIBUS ET PLAGIS POTENS WEIKARDI.

Rec. Farin. Hordei, Fabar. āā Unc. duas, Pulv. Betonic., Chamom., Melilot., Rosar. āā Drachm. unam, Hb. Major., Rad. Calam. arom. āā Drachm. semis, Oxymell. Unc. unam, Ol. rosat., Hyperic. āā Unc. semis, Vini boni q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA CARBONIS LIGNI.

Rec. Carbon. praep. Unc. duas, Farin. Sem. Lini Libr. semis, Aquae Octarium unum. Coque per horae quadrantem. — Ph. Dublin. Pulv. Carbon. rec. ust. s. q. cum Cataplasmat. simpl. calid. misceri proponit.

CATAPLASMA AD CATARRHUM MICHAELIS.

Rec. Ferment. acerrimi Unc. duas, Succini Drachm. duas, Sandarac. Drachm. unam semis. F. cum s. q. Aceti Rosar. Cataplasma.

CATAPLASMA CEPHALICUM BATEANUM.

Rec. Pulv. Caryoph., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Piper. Indic. Unc. semis, Diasinapeos Drachm. sex, Ferment. acris Unc. tres, Spir. Lavend. comp. Unc. unam semis vel q. s. ad Cataplasma pro capite raso.

CATAPLASMA CEPHALICUM VOGLERI.

Rec. Sal. Ammon. cont. Drachm. unam, Opii pulv. Scrup. semis, Crust. Panis pulv. vel Furfur. secalin. Unc. quatuor. Misce et humecta s. q. Aceti.

CATAPLASMA CEREVISIAE VETERIS Ph. nosoc. ST. BARTHOLOM.

Rec. Farin. Avenae Libr. unam, Cerevis. veteris q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA CICUTAE AUGUSTIN. Schierling-Breiumschlag. *Cataplasme de Ciguë.*

Rec. Pulv. Hb. Malv. Unc. quatuor. Coque cum Lacte, sub finem adde Pulv. Hb. Cicut. Unc. unam, Butyr. rec. Unc. tres. M., f. Cataplasma molle. — SWEDIAUR Pulv. Herb. Cicutae q. lubet cum s. q. Aquae ad consistentiam Cataplasmatis coqui praescribit. — Pharm. Dublinensis Pulv. Cicutae cum s. q. Decocti concentr. Cicutae misceri jubet. — Ph. nosocom. ST. BARTHOLOM. Extr. Cicut. Unc. semis in Aq. Octario uno solvi et cum s. q. Farin. Sem. Lini misceri suadet. (V. etiam Cataplasma e Bryonia, ad Cancrum et emolliens.)

CATAPLASMA CUM CONCINNO v. Cataplasma antisepticum.

CATAPLASMA CONII v. Cataplasma Cicutae.

CATAPLASMA CONTRA CRUOREM EFFUSUM BATE, vulgo Terband.

Rec. Boli Armen. Unc. tres, Cretae, Prunor. agrest. sicc. āā Unc. unam. Pulv. coque cum Aceto acerrimo, tunc admisce Rad. Consolid. maj. pulv. parum et in fine Farin. Avenae q. s. ad Cataplasma, subinde instillando nonnihil Ol. Myrtillorum.

CATAPLASMA CORDIALE ZWELFERI.

Rec. Cort. rec. exter. Citri vel Limon. et Aurant. āā Unc. semis, Hb. rec. Basilic, Major., Anthos, Flor. rec. Tunic. āā Unc. semis, Rosar. rec. vel salit. Unc. unam, Caryoph. Drachm. duas, Macid. Unc. semis, Croci Drachm. unam semis, Pulp. Panis tritic. Unc. duas. Optime conc. et cont. fiat cum s. q. Aceti Aurant., Tunicae vel Rosarum Cataplasma.

CATAPLASMA CONTRA COXALGIAM WILLISII. Breiumschlag gegen Coxalgie. *Cataplasme contre la Coxalgie.*

Rec. Pulv. Sem. Sinap. Unc. octo, Piper., Rad. Zinzib. āā Drachm. unam, Oxym. simpl. q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA CRUSTAE PANIS ACETOSUM Ph. Hispanicae. Saurer Breiumschlag mit Brod. *Cataplasme aceteux avec de la Croute de Pain.*

Rec. Crustae Panis torrefacti Unc. quatuor. Macera in Aceto optimo ad mollitiem. Pinsito in mortario lapideo, adde Pulv. Mastich., Hb. Menth., Fruct. Cupressi, Pulv. restrictivi āā Drachm. duas, Ol. rosat. Unc. tres et Farin. Hordei q. s, ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma acetatum.)

CATAPLASMA DE CYMINO LEWIS.

Rec. Sem. Cumini Libr. semis, Bacc. Lauri, Hb. Scordii, Rad. Serpent. Virg. āā Unc. tres, Caryoph. Unc. unam, Mellis triplum Pondus, ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA DAUCI. Möhren-Breiumschlag. *Cataplasme de Carottes.*

Rec. Rad. Dauci rec. ras. q. v. Fiat cum s. q. Decoct. Cicutae Cataplasma. — Ph. castr. Ruthena Rad. Dauc. rec. cum s. q. Aquae coqui praescribit, donec mollescant, tum in pulpam contundi. (V. etiam Cataplasma ad Cancrum.)

CATAPLASMA IN DECUBITUM GANGRAENOSUM SUNDELIN. Breiumschlag gegen brandiges Aufliegen. *Cataplasme contre l'Ecorchure gangreneuse.*

Rec. Camphor. Drachm. unam, Asae foetid. Drachm. unam semis, Vitell. Ovi q. s. Contere exacte, adde Pulv. Cort. Peruv. q. s., ut f. Cataplasma. — Alia formula: Rec. Asae foet. Drachm. unam semis, Mucil. Gumm. Arab. Drachm. sex, Pulv. Sem. Lini Unc. semis, Aceti Saturn. Drachm. unam; M. f. Cataplasma.

CATAPLASMA DISCUTIENS, RESOLVENS seu ACRE KERNDLII.

Rec. Rad. Cepae sub cineribus assatar., Sem. Sinap. pulv. āā Unc. unam, Sapon. nigr. Drachm. duas; coque cum Aqua ad pultem. — Melius est, omnia cum s. q. Aquae frigidae misceri et post aliquod tempus Cataplasma leniter calefieri.

CATAPLASMA DISCUTIENS LEWIS.

Rec. Rad. Bryon. Unc. tres, Flor. Sambuc. Unc. unam, Gumm. Ammoniac. Unc. semis, Sal. Ammon. Drachm. duas, Spir. Camphor. Unc. unam. Coque Rad. et Flor. in s. q. Aquae ad mollitiem, adde tunc Ammon. in Aceto solut., Sal. Ammon. et Spir. Camph., ut f. Cataplasma. — Alia formula: Rec. Farin. Hordei Unc. sex, Herb. Cicut. rec. cont. Unc. duas, Sal. Ammon. Unc. semis, Aceti q. s. Coque, ut f. Cataplasma.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0177-5
DFG

CATAPLASMA DISCUTIENS Swediaur.

Rec. Rad. Mandragor. pulv. q. v., Aquae q. s. Coque ad consistentiam Cataplasmatis. (V. etiam Cataplasma e Bryonia, maturans et resolvens.)

CATAPLASMA DIGESTIVUM Richardi.

Rec. Cataplasm. emollient. s. q., adde Bulbor. Lilior. alb. cont. Unc. duas, Ungt. Matris aut Basilici Unc. unam. M. exacte.

CATAPLASMA DIURETICUM Sundelin. Breiumſchlag zur Beförderung der Diureſis. *Cataplasme diuretique.*

Rec. Herb. Digital. purp. pulv. Drachm. tres, Hb. Absinth. pulv. Drachm. sex, Pulv. Sem. Lini Unc. semis, Ol. Terebinth. Drachm. duas, Oxymell. squill. q. s., ut f. Cataplasma spissius.

CATAPLASMA DIURETICUM Quincy.

Rec. Succ. Cepar., Petrosel., Opii et Foenicul. āā Unc. duas, Micae Panis q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA EMOLLIENS Brera. Erweichender Breiumſchlag. *Cataplasme emollient.*

Rec. Mic. Panis alb. Libr. unam, Lact. vaccin. rec. Libr. quatuor. Coque ad consistentiam Cataplasmatis.

CATAPLASMA EMOLLIENS Pharm. nosocom. Argent.

Rec. Farin. Placent. Lini Part. unam, Aquae Part. quatuor. Coque, ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA EMOLLIENS Brugnatelli et Swediaur.

Rec. Farin. Sem. Lini, Pulv. Rad. Alth., Pulv. Hb. Alth. āā Part. aequales. Macera in s. q. Aquae et coque ad consistentiam.

CATAPLASMA EMOLLIENS seu e Farinis et Pulpis Ph. Gallicae.

Rec. Farin. emollient. Unc. quatuor. Diluantur in s. q. Decoct. Herb. emollient. et coquantur in pultem, tunc admisc. Pulp. Specier. emollient. rec. parat. Unc. quatuor, vel ejus loco Pulv. Specier. emollient. Unc. una. Coque denuo ad justam spissitudinem.

CATAPLASMA EMOLLIENS seu Medullae Panis Ph. Lusitan.

Rec. Medull. Panis tritic. Lacte maceratae, aut Decoct. Rad. Alth. Libr. unam, Vitella Ovor. tria, Farin. Sem. Lini q. s., ut f. igne lento Cataplasma. — Swediaur Vitella Ovorum omittit.

CATAPLASMA EMOLLIENS Ph. Parmensis et Ferrarini.

Rec. Farin. Fabar. Libr. unam, Decoct. Alth. q. s., Pulv. Rad. Alth. Unc. tres. Bulliat Farina cum Decocto, tum addatur Radix. — Ph. Ferrariensis Pulv. Hb. Malv. Unc. quatuor, Rad. Alth. Unc. duas, et Decoct. Alth. q. s. praescribit.

CATAPLASMA EMOLLIENS Plenckii.

Rec. Micae Panis siliginei, Lactis imbutae, Unc. sex, Vitell. Ovor. Nro. tria, Pulv. Croci Drachm. duas, Farin. Sem. Lini q. s., ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma Althaeae, Micae Panis, pomaceum, Nidi Hirundinum et antiophthalmicum.)

CATAPLASMA EPISPASTICUM seu RUBEFACIENS Disp. Brunsvic.

Rec. Ferment. acerrimi, Sap. nigr. āā Drachm. duas, Sem. Sinap. cont., Hb. Rutae hort. rec. inc. āā Unc. semis, Cepar. cont. Unc. unam, Sal. comm. Unc. semis. Misceantur cum Aceto Vini acerrimo, ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma anticholericum, sinapinum et Sinapismus.

CATAPLASMA ESCHARUM TOLLENS Th. Hoffmanni.

Rec. Sal. communis Drachm. semis, Piper. Drachm. unam, Caricas Nro. tres, Hb. Rutae rec. Man. unum, Ferment. veter. et arid. Drachm. unam. M., f. Cataplasma.)

CATAPLASMA EXCITANS Ph. Lusitanicae antiquae. Reizender Breiumſchlag. *Cataplasme excitante.*

Rec. Farin. Hord. Unc. tres, Pulv. Hb. Salviae et Absinth. āā Drachm. tres, Sal. Ammon. Unc. semis. Fiat cum s. q. Vini boni Cataplasma.

CATAPLASMA EXCITANS RESOLVENS Ph. Lusitanicae.

Rec. Farin. Secalis Unc. quatuor, Mell. puri Unc. duas, Vini alb. Libr. unam semis. Fiat blando igne Cataplasma.

CATAPLASMA EXSICCANS Ph. Ferrariens. Austrocknender Breiumſchlag. *Cataplasme exsiccant.*

Rec. Farin. Lupin. Unc. octo et Secalis Unc. quatuor, Vini albi Libr. quatuor. Coque sufficienter.

CATAPLASMA FARINACEUM seu Farinae Hordei Ph. Hispanicae. Gerſtenmehl-Breiumſchlag. *Cataplasme de Farine d'Orge.*

Rec. Farin. Hordei Libr. duas, Oxym. simpl. Libr. tres, Pulv. Boli Armen. Unc. quatuor. M., fiat leni igne Cataplasma.

CATAPLASMA FARINAE SEMINIS LINI Henry et Guibourt, Gray. Leinſamenmehl-Breiumſchlag. *Cataplasme de Farine de Lin.*

Rec. Farin. Sem. Lini rec. Unc. duas, Aquae Unc. octo. Coque l. a. ad consistentiam. — Ph. nosoc. Argent. et St. Bartholom. formula fere eadem est. — Ph. castrens. Ruthena Farin. Sem. Lini q. v. cum s. q. Aquae vel Lactis ad aptam crassitudinem coqui praescribit. — Ph. Lusitan. milit. Decoct. Malvae ad Farin. Sem. Lini sumi proponit. — Swediaur Aquam vel. Decoct. Alth., — Ratier Farin. Sem. Lini et Farin. Hordei āā Part. aequales cum s. q. Aquae commisceri jubet, — Formulaire des hopit. milit. de France praeterea Farin. Frument. admisceri proponit, — Rennie Farin. Sem. Lini cum Aq. bullient. misceri et cum Axungiae, Butyri vel Olei s. q. commisceri suadet. (Conf. etiam Cataplasma emolliens.)

CATAPLASMA FERMENTI seu FERMENTANS sive effervescens Ph. Londinens. Gährender Breiumſchlag. *Cataplasme fermentant.*

Rec. Farin. Libr. unam, Cerevisiae Ferment. Octar. dimidium. M. et calorem lenem adhibe, donec intumere coeperint. — Ph. castr. Ru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0178-1
DFG

thena Farin. avenac. cum s. q. Faecum commisceri praescribit. — Vel: Farin. Tritic. Unc. unam semis, Ferment. Cerevis. Unc. unam et Mellis Unc. semis. — Vel: Farin. Secalis Libr. unam, Faecum Unc. novem et Sal. commun. Unc. duas. (V. etiam Cataplasma maturans.)

CATAPLASMA DE FERMENTE Mynsichti.
Rec. Ferment. veter. Unc. unam semis, Succin. citr. Drachm. sex, Nuc. Moschat., Cubeb. āā Drachm. semis, Herb. Menth. crisp., Caryoph. āā Scrup. unum, Castor. opt., Lign. Aloës āā Scrup. semis. M., f. cum pauxillo Spir. Vini simpl. et Aceti Vini āā Cataplasma.

CATAPLASMA FERMENTI PANIS THERIACALE v. Cataplasma ad Singultum.

CATAPLASMA PRO FISSURIS MAMMARUM sec. Formules de Paris.
Rec. Farin. secalin. Libr. semis, Vitell. Ovor. Nro. sex, Mell. commun. q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA DE GERANIO AD ANGINAM sec. Formules de Paris.
Rec. Geranii Robert. Man. duos. Coque leniter in s q. Aceti ad Cataplasma.

CATAPLASMA AD GONORRHOEAM Lebrecht.
Rec. Pulv. Hb. Cicut. et Micae Panis āā Unc. duas. Coque cum s. q. Lactis ad consistentiam Cataplasmatis, cui adde Ol. Olivar. Unc. unam.

CATAPLASMA Goulardi seu saturninum sec. Reuss.
Rec. Micae Panis nigr. Unc. sex, Aq. Goulardi q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA Goulardi sec. Gray ex Extr. Saturn. Drachm. una semis, Spir. Vini rect. Unc. duabus, Aquae Unc. duodecim et Micae Panis q s. constat.

CATAPLASMA IODURATUM Hosp. St. Ludovici ex Catapl. emollient. quant. plac. et Solut. iodurat. rubefacient. q. s. constat.

CATAPLASMA DE IRIDE Fulleri.
Rec. Pulv. Rad. Irid. flor. Unc. unam, Mellis Unc. tres. M.

CATAPLASMA IRRITANS v. Sinapismus.

CATAPLASMA AD ISCHIAS Pierquin et Swediaur. Breiumſchlag gegen Hüftweh. *Cataplasme contre la Sciatique.*
Rec. Mell. crud. Unc. octo. Consterne Calcis vivae quant. sufficiente.

CATAPLASMA CONTRA ISCHURIAM Cadet et St. Marie. Breiumſchlag gegen Iſchurie. *Cataplasme contre l'Ischurie.*
Rec. Cepas alb. conc. Nro. sex, Hb. Parietariae rec. Man. quatuor, Decoct. Alth. concentr. q. s. Coque ad Cataplasma.

CATAPLASMA IN ISCHURIAM Ettmülleri.
Rec. Hb. Parietar., Chaerefol., Flor. Chamom. āā Man. unum. Inc. et cont. coque cum s. q. Aquae ad mollitiem pulpae, adde Ol. Scorpion. Unc. semis, Butyr. rec. Unc. unam.

CATAPLASMA LINI v. Cataplasma Farin. Sem. Lini.

CATAPLASMA LINI CUM GALBANO v. Cataplasma maturans.

CATAPLASMA LATERALE Fulleri. Breiumſchlag gegen Seitenſtechen. *Cataplasme contre la Pleurésie.*
Rec. Farin. Sem. Lini Unc. octo, Sem. Foenugraeci et Carvi āā Unc. quatuor, Mell. Unc. duas et Ol. Lini q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA LAXATIVUM ex Schroedero.
Rec. Rad. rec. Bryon. ras., Mell. commun. liquid. āā Libr. unam, Fell. Tauri Libr. semis.

CATAPLASMA LACTEUM v. Cataplasma Panis.

CATAPLASMA MALTI. Malz-Breiumſchlag. *Cataplasme de Malt.*
Rec. Farin. Malti Hordei vel Avenae q. v. Fiat cum s. q. Cerevisiae puls, illiniatur super linteum et tegatur strato Fermenti Cerevis. opt. — Novissimis temporibus ad ulcera sordida putrida sananda summopere laudatur.

CATAPLASMA MATURANS Disp. Fuldens. Zeitigender Breiumſchlag. *Cataplasme maturant.*
Rec. Catapl. emollient. Unc. quatuordecim. Calefacto admisceantur Cepar. rec. in pulpam cont. Unc. duae.

CATAPLASMA MATURANS seu MATURATIVUM sive Lini cum Galbano Ph. Lusitanic.
Rec Farin. Sem. Lini Unc. quatuor, Galban. Vitell. *Ovi subact.* Unc. unam, Pulp. Cepar. sub cineribus assatarum Unc. unam, Ol. commun. q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA MATURANS Lewis.
Rec. Caricar. Unc. quatuor, Ungt. Basilic. Unc. unam, Galbani depurat. Unc. semis. M., f. l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA MATURANS Piderit.
Rec. Rad. Alth. Unc. quatuor, Caricar. Unc. unam. Coque cum Aq. font. s. q. ad teneritudinem et contus. admisce Cepar. cont., Galbani in Vitell. Ovi soluti āā Drachm. sex, Mellis Unc. unam, Farin. Sem. Lini q. s. ad Cataplasma. — Cadet et Pierquin Farin. resolv. Unc. quatuor, Decoct. emollient. q. s., Pulp. Bulbor. Lilior. coct., Herb. Acetos. āā Unc. duas et Herb. Basilic. Unc. unam praescribit. — Formul. des hopit. milit. de France Catapl. emollienti calidissimo Pulpam Ceparum et Ungt. Basilicum dimidia Olei Parte dilutum addi jubet.

CATAPLASMA MATURANS Plenckii sec. Spielmannum.
Rec. Farin. Sem. Lini Unc. quatuor, Galbani Vitello Ovi soluti Unc. unam, Pulp. Cepar. assatar. Drachm. duas, Ferment. Panis Unc. duas, Ungt. Basilici Unc. unam, Ol. Lilior. albor. q. s. — Bories Caricar. siccar. Unc. octo, Mell. Unc. duas, Galban. Vitello Ovi subact. Unc. unam et Aquae q. s. praescribit.

CATAPLASMA MATURANS SAPONACEUM Richard. — Fit miscendo Cataplasma de Mica Panis Unc. sedecim et Sapon. rasi Unc. duas. — Mayr Catapl. emollient. Part. sex et Sapon. Alicant. Part. duas misceri proponit. (V. etiam Cataplasma excitans, discutiens, fermentans et resolvens.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0179-0

CATAPLASMA MEDULLAE seu de Mica PANIS RICHARD sec. SPIELMANNUM. Breiumſchlag mit Brotkrumen. *Cataplasme avec de la Mie de Pain.*

Rec. Micae Panis siliginei Unc. sedecim, Pulv. Flor. Melilot., Sambuc. āā Drachm. duas. Coque cum Lactis Unc. octo et quadraginta ad consistentiam Pultis. (V. etiam Cataplasma emolliens et e Panis Medulla.)

CATAPLASMA MEDULLAE PANIS CUM CICUTA v. Cataplasma resolvens.

CATAPLASMA MICAE PANIS seu anodynum MAYR.

Rec. Micae Panis alb. Unc. sex. Coque cum s. q. Lact. vaccini ad consistentiam Cataplasmatis; sub finem adde Vitell. Ovi duo et Pulv. Croci Gran. viginti quatuor.

CATAPLASMA NARCOTICUM v. Cataplasma anodynum (p. 153.).

CATAPLASMA NICOTIANAE v. Cataplasma vomitivum.

CATAPLASMA NIDI HIRUNDINIS Ph. Hispan. Schwalbennest-Breiumſchlag. *Cataplasme de Nid d'Hirondelles.*

Rec. Nidi Hirund. rite pulv. Unc. quatuor, Rad. Alth., Hb. rec. Malvae et Ebuli āā Unc. tres. Coque cum Aquae Libr. quatuor ad humidit. fere consumtionem. Cont. per cribrum equinum pulpam trajice, sub finem addens Farin. Sem. Lini, Axung. Porci āā Unc. duas, Pulv. Croci Drachm. unam. Misce. (V. etiam Cataplasma resolvens.)

CATAPLASMA CUM OPIO seu anodynum AUGUSTINI. Breiumſchlag mit Opium. *Cataplasme avec de l'Opium.*

Rec. Farin. Sem. Lini Unc. quatuor. Coque cum Aq. font. q. s. ad consistentiam Cataplasmatis, cui adde Opii Drachm. semis.

CATAPLASMA OPHTHALMICUM HOFFMANNI ex THESAURO.

Rec. Rad. Consolid. maj. et min. āā Libr. semis, Flor. Chamom., Melilot., Croci āā Unc. duas, Farin. Fabar. Unc. quatuor, Foenugraeci Unc. unam semis, Butyr. rec. Drachm. sex.

CATAPLASMA PANIS LACTEUM seu EMOLLIENS PLENCKII, TADDEI et FERRARINI. Breiumſchlag mit Brod. *Cataplasme avec du Pain.*

Rec. Micae Panis Part. unam, Lact. Part. quatuor. Fiat leni calore Cataplasma. (Addendo Pulv. Malv. quantum requiritur, habes CATAPLASMA PANIS, LACTIS ET MALVAE cujus Librae cuique Scrup. duo vel tres Croci addi possunt.)

CATAPLASMA E PANIS MEDULLA seu Mica Ph. Gallicae.

Rec. Medull. Panis tritic. exsicc. et crassius trit. Unc. quatuor, Lactis vacc. rec. vel Decoct. Rad. Alth. Libr. unam semis. Coque indesinenter movens spatula lignea ad justam spissitudinem cui, si lubet, addi potest Pulv. Croci Drachm. semis. — BRUGNATELLI Micae Panis Unc. decem et Lac absque coctione misceri praescribit. — BORIES Micae Panis Libr. unam et Lactis Libr. quatuor simul coqui, — Ph. castrens. Ruthena Micae Panis vet. q. v. cum Aquae vel Lactis q. s., — Ph. Parmens. Micae Panis ras. Libr. unam cum Aquae q. s. ad Libr. tres coqui, — RENNIE Micae Panis cum s. q. Aq. bullient. impraegnari et seponi, ut intumescat, praescribit. — GRAY Micae Panis et Farin. Sem. Lini āā Part. aequales cum s. q. Lactis coqui proponit. (V. etiam Cataplasma emolliens et Medullae Panis.)

CATAPLASMA PAPAVERINUM FULLERI.

Rec. Flor. Rosar. rubr. minut. conc. Scrup. quatuor, Sem. Papav. alb. cont., Ol. Rosat. āā Unc. semis, Farin. Hordei Unc. unam, Aceti q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA E PAPAVERE COMPOSITUM ET HYOSCYAMI v. Cataplasma anodynum.

CATAPLASMA PARALYTICUM v. Cataplasma de Rapis.

CATAPLASMA AD PARONYCHIAM BATE. — Constat e Vitello Ovi cum Bals. Peruv. Gran. sex ad octo et s. q. Pulv. subtiliss. Resinae commun. commixto.

CATAPLASMA PODAGRICUM BATE.

Rec. Melanosegmatis (Sapon. nigr.) Unc. quatuor, Vitell. Ovor. Nro. duo, Croci Drachm. unam, Ol. Spicae Unc. unam. M., fiat l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA PODAGRICUM TACKII.

Rec. Medull. Panis tritic. Unc. unam semis, Flor. Sambuc., Rosar. rubr. āā Drachm. tres, Croci Austr. Drachm. unam, Oliban., Mastich. āā Drachm. tres, Cretae Colon. Drachm. decem, Castor. pulv. Unc. semis. Coque cum s. q. Lact. rec. ad consistentiam Cataplasmatis; vel omisso Lacte addi potest Terebinth. ad mollitiem Emplastri, quibus addi quoque potest Sapon. Venet. Unc. una.

CATAPLASMA POMACEUM seu ANTIOPHTHALMICUM PLENCKII. Apfel-Breiumſchlag. *Cataplasme pomacé.*

Rec. Pulp. Pomor. Unc. duodecim, Camphor., Croci āā Scrup. unum. M.

CATAPLASMA DE POMIS FULLERI.

Rec. Pomor. assat. Unc. unam, Panis alb. Lacte cocti et expr. Unc. semis, Albumen Ovi unum, Trochisc. Alhandal Drachm. duas. M.

CATAPLASMA PRADIERI.

Rec. Bals. de Mecca Drachm. sex, Pulv. Chin. rubr. Unc. unam, Croci Unc. semis, Herb. Salv., Rad. Sassaparill. āā Unc. unam, Spir. Vini rectificatiss. Libr. octo. Solve primum Balsamum in Alcoholis tertia Parte, digerendo per dies 4 pariter Vegetabilia in Alcohole, quod superest. Filtrati liquores miscentur. Hujus liquoris Part. unam et Aquae Calcis Part. duas misce et fiat cum s. q. Farin. Sem. Lini Cataplasma.

CATAPLASMA PURGANS HOFFMANNI ex Thesauro.

Rec. Cataput. minor., Succi Tithymali, Colocynth. āā Drachm. quinque, Cucumer. asinini, Rad. Helleb. nigr. āā Drachm. tres, Terebinth., Cort. inter. Sambuc. āā Drachm. sex,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0180-1
DFG

Scammon. Drachm. tres, Mellis q. s. Fiat Cataplasma.

CATAPLASMA PUS MATURANS v. Cataplasma maturans et resolvens.

CATAPLASMA DE RAPHANO Fulleri.
Rec. Rad. Armorac., Squill. aa Unc. duas, Herb. Rutae, Sem. Sinap., Sal. commun. aa Unc. unam, Sap. nigr. Unc. duas, Aceti q. s.

CATAPLASMA DE RAPIS seu PARALYTICUM Fulleri.
Rec. Rapar. in Furno coct. Unc. octo, Herb. Rutae cont. Man. quatuor, Sem. Sinap. cont. Unc. duas, Ol. Junip. Drachm. duas, Ungt nervin. q. s.

CATAPLASMA RESOLVENS Bories. Auflöſender Breiumſchlag. *Cataplasme resolvent.*
Rec. Hb. Nymph. Unc. duas, Hb. Papav. Unc. quatuor, Herb. Alth. Unc. tres, Flor. Sambuc. et Melilot. aa Drachm. duas, Aquae q. s. Coque ad mollitiem et sub finem adde Nidum Hirund. pulv. unum, Ol. Lilior. Unc. semis et Farin. Sem. Lini q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA RESOLVENS Brera.
Rec. Farin. Fabar. et Lupinor. aa Libr. unam, Flor. Chamom., Foeni Graeci pulv. aa Libr. semis. L. a. fiat Cataplasma.

CATAPLASMA RESOLVENS Cadet, Pierquin et St. Marie.
Rec. Hb. Cerefol. rec. Man. tres. Cont. et leviter calefactae adsperge Ol. Rosat. Unc. unam. — Alia formula: Rec. Pulp. Pomor. terrestr. in Aqua coctor. Man. unum, Aceti Unc. octo, Fell. Tauri Cochlearia duo majora. Coque ad aptam consistentiam.

CATAPLASMA RESOLVENS Hôp. des Enfans.
Rec. Sapon. alb. Unc. quatuor, Farin. Hordei Unc. octo, Aquae q. s.

CATAPLASMA RESOLVENS, maturans seu discutiens Ph. castrens. Ruthenae. — Fit miscendo Residuum ex infusione Specier. aromat. (Pharm. Ruth.) cum Ungt. simpl. Unc. duabus. - Ratier Flor. Chamom. et Aceti aa Unc. quatuor leviter coqui proponit. — Swediaur Farin. Sem. Lini Unc. duodecim, Pulv. Flor. Chamom. et Sambuc. aa Unc. tres, Sem. Foenugraec. Unc. unam semis cum s. q. Aquae ebullire curari suadet.

CATAPLASMA RESOLVENS, repercutiens, saturninum Plenckii sec. Spielmannum.
Rec. Farinar. resolvent. q. v., Aq. vegeto-mineral. Goulardi Octuplum. Coque ad consistentiam Pultis. — Richard Farin. resolv. Unc. octo cum Decoct. emollient. s. q. infundi et coqui praescribit, cui addi possunt Acet. Saturn. Drachm. duae. — Ph. castrens. Ruthen. Micae Panis vel Farin. q. v. et Acet. Saturn. q. s. misceri proponit, — Swediaur Aq. fervid. Libr. unam, Micae Panis q. s., Extr. Saturn. Unc. unam ad duas misceri, et addi praescribit Axung. Porci Unc. unam. — Ratier Catapl. emoll. Unc. quatuor cum Extr. Saturn. Unc. una et Sal. Ammon. Drachm. semis misceri proponit. — Henry et Guibourt Catapl. Farin. Lini Unc. octo cum Extr. Saturn. Unc. una misceri proponunt.

CATAPLASMA RESOLVENS SAPONACEUM Disp. Fuldens.
Rec. Sapon. Venet. ras. Unc. unam, Micae Panis siliginei Unc. octo, Lact. vaccin. Libr. unam. Coque, ut f. Cataplasma. — Ph. castr. Ruthena Farin. Secal. Part. duas, Sapon. nigr., Cepar. assatar. et Mellis aa Part. unam misceri praescribit. — Ratier Farin. Hordei Unc. octo, Sapon. alb. Unc. quatuor cum s. q. Aquae coqui proponit. (V. etiam Cataplasma maturans)

CATAPLASMA RESOLVENS AD SCIRRHOS Plenckii sec. Spielmannum.
Rec. Sem. Lini pulv. et Hb. Cicut. aa Part. aequales. Grosso modo cont. coquantur in Lactis Octuplo ad consistentiam Pultis. — Disp. Fuldense Micae Panis Unc. sex et Pulv. Hb. Cicut. Unc. quatuor cum Lact. vaccin. Libr. una semis ad Cataplasma coqui praescribit. — Ph. Lusitan. formula ad Cataplasma resolvens seu Medullae Panis cum Cicuta eo solummodo ab hac formula discrepat, quod Lactis loco Aquam praescribit. — Rennie Herb. Cicut. rec. cum Aqua ad mollitiem usque coqui et cum Farin. Sem. Lini vel Avenae Cataplasma parari praescribit. — St. Marie *Hb. rec. Cicutae et Hyosc. nigr.* aa *Man. unum contundendo in Cataplasma redigi,* — Swediaur Pulv. Cicut., Hyosc. et Sapon. alb. aa Unc. duas, cum Micae Panis Unc. quatuor et Aq. vegeto-mineral. s. q. in Cataplasma redigi proponit. — Ph. Lusitanica edit. Pinto Farin. Sem. Lini Unc. tres, Extr. Cicut. Unc. unam, Gumm. Ammon. in Aceto Saturn. soluti Unc. duas et Aquae q. s. ad Cataplasma praescribit — Cadet et Pierquin Farin. Sem. Lini vel Avenae Libr. semis et Hb. rec. Cicut. cont. Unc. duas cum Aceti crudi s. q. coqui proponunt. — Sec. aliam formulam Ungt. Alth. Unc. quatuor, Rad. Alth., Flor. Sambuci, Hb. Malvae, Hyosc. et Farin. Sem. Lini aa Unc. duas praescribunt. Herbae et Radices coquendo in pastam redigenda, tunc addendi Flor. et Farin. Sem. Lini, et denique Unguentum. (V. etiam Cataplasma acre, e Bryonia, ad Cancrum, Cicutae, maturans cet.)

CATAPLASMA ROBORANS Ph. Gallicae edit. Ratier et Henry. Stärkender Breiumſchlag. *Cataplasme roborant.*
Rec. Pulv. Hb. Menth. pip., Rutae, Thymi, Sabinae, Meliss., Lavend., Anthos, Bacc. Junip., Macid., Sem. Anisi aa Part. sexaginta quatuor, Tartar. chalybeat. Part. sedecim, Colcothar. Part. triginta duas, Vini rubri q. s. ad Cataplasma. — Plenckius Spec. cephalic. et adstring. aa Man. duos, Mart. solub. Unc. semis et Colcoth. Vitrioi. Unc. unam cum s. q. Vini rubri misceri jubet.

CATAPLASMA SAPONACEUM v. Cataplasma maturans et resolvens.

CATAPLASMA SATURNINUM v. Cataplasma Goulardi et resolvens.

CATAPLASMA SEDANS seu SEDATIVUM

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0181-6
DFG

Swediaur. Schmerzſtillender Breiumſchlag. *Cataplasme sedatif.*

Rec. Tinct. Opii Unc. unam vel duas. Misce cum Catapl. emoll. q. s. (V. etiam Cataplasma anodynum.)

CATAPLASMA SIMPLEX Ph. Dublin.

Rec. Pulv. pro Cataplasm. (Ph. Dubl.) q. v. Fiat cum s. q. Aquae bull. Cataplasma. — Sec. Rennie fit e Farina et Aqua bulliente.

CATAPLASMA SINAPIS Ph. Londinens. — Fit e Pulv. Sem. Sinap. et Lini āā Libra semis et Acet. calidi q. s. Ph. Dublin. et Lusit. Sem. Sinap. et Mic. Panis (seu Ferment. Ph. Lus.) āā Libr. semis cum s. q. Aceti misceri praescribit. — Cataplasma Sinapis fortius autem redditur adjectis Rad. Armorac. ras. Unc. duabus. (V. etiam Cataplasma anticholericum, epispasticum et Sinapismus.

CATAPLASMA SINAPIS COMPOSITUM Ph. Lusitan. castrens. — Fit miscendo Pulv. Sinapis et Mic. Panis āā Unc. duas, Rad. Allii cont. Unc. semis et Sapon. nigr. Unc. unam cum s. q. Aceti.

CATAPLASMA AD SINGULTUM seu Fermenti Panis theriacale Ph. Hispan. Breiumſchlag gegen das Schluchzen. *Cataplasme contre le Hoquet.*

Rec. Ferment. Panis acerr. Unc. tres, Elect. theriacal. Magni Unc. semis, Pulv. Bacc. Junip., Rosar. rubr., Hb. Menth. āā Drachm. duas, Caryoph., Nuc. Moschat., Macid. āā Drachm. unam. Fiat cum s. q. Aceti Rosar. Cataplasma. — Mynsichti formula cum hac fere congruit, Theriacum autem omittit et Acet. rosat. loco Acetum Vini acerr. praescribit et insuper addi suadet Ol. Cumini et Carvi āā Scrup. semis.

CATAPLASMA SPLENETICUM Zwelferi.

Rec. Tabac. infumati Unc. tres. Coque cum Vini alb. Libr. tribus; colat. evapora ad mellis consistentiam, tunc adde Pulv. Gumm. Ammon. in s. q. Decocti vinosi Tabaci ad pulticulam soluti Unc. unam semis, Hb. rec. Anthos, Verben., Persicar. āā Unc. unam semis, Bacc. Junip. virid. Unc. unam, Camph. Drachm. duas. Omnibus minutissime conc. et cont. fiat l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA STOMACHICUM Fulleri.

Rec. Theriac. Venet. Drachm. sex, Cinnam., Caryoph. āā Drachm. unam, Ol. Menth. Gutt. sex, Ol. Absinth. Gutt. duas, Aceti q. s ad Cataplasma.

CATAPLASMA STOMACHALE Ettmülleri.

Rec. Ferment. acerr. Unc. tres, Hb. Menth. Unc. unam, Rad. Zedoar. Unc. semis, Sem. Cumin., Anis., Foenic. āā Drachm. tres, Ol. Macid. et Caryoph. āā Gutt. duas. Fiat cum s. q. Aceti rosati Cataplasma.

CATAPLASMA STYPTICUM seu ADSTRINGENS Swediaur. Zuſammenziehender Breiumſchlag. *Cataplasme styptique.*

Rec. Vitriol. Mart., Alumin. āā Unc. semis, Boli alb. Unc. unam, Aquae Unc. decem, Aceti q. s., ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma adstringens.)

CATAPLASMA SUPPURATIVUM. — Constat ex Ungt. Basilic. Unc. una semis et Cataplasm. emoll. Libr. una. — Lewis Rad. Lilior. alb. vel Alth. Unc. quatuor, Caric. Unc. unam cum s. q. Aquae ad mollitiem coqui, tunc Rad. Cepae rec. cont. Drachm. sex, Galban. in Vitell. Ovi solut. Unc. semis, Ungt. Basilic., Ol. Chamom. coct. āā Unc. unam, Ol. Lini q. s. admisceri praescribit.

CATAPLASMA TABACI v. Cataplasma vomitivum.

CATAPLASMA THERIACALE Swediaur.

Rec. Theriac. Unc. duas, Sem. Anis. virid. pulv. Drachm. duas, Ol. Caryoph. Gutt. octo, Spir. Vini camph. q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA AD TINEAM Petr. Frankii.

Rec. Pulv. Hb. Malv. Unc. quatuor. Coque cum Lacte, sub finem adde Pulv. Hb. Cicut. Unc. unam, Butyr. rec. Unc. tres. Fiat l. a. Cataplasma molle.

CATAPLASMA TONICUM Richard.

Rec. Farin. Hord. Unc. octo, Spec. arom. Unc. duas, Ammon. mur. Unc. unam. M., f. cum Vini rubri s. q. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma roborans.)

CATAPLASMA AD TUMORES DUROS ARTUUM sive Fungum articulosum. Breiumſchlag wider den Gliedſchwamm. *Cataplasme contre le Fongus.*

Rec. Pulv. Lap. medicamentosi Unc. semis, Sulph. citr. Unc. duas, Lap. Calamin., Mastich., Oliban., Myrrh., Gumm. Ammon., Bacc. Junip. virid. āā Unc. unam, Rad. Aristol. rot., Tormentill., Herb. Anthos., Salv., Chamaepith., Flor. Rosar. rubr., Balaust., Sambuc. āā Drachm. sex, Pulp. Panis. tritic. Unc. quatuor. Coque cum Aq. Calcis viv. antimoniat. ad Cataplasma.

CATAPLASMA VENTRALE Vogleri.

Rec. Sal. Friderici trit. Unc. unam, Sapon. Venet. rasi Unc. semis, Sem. Lini cont. Unc. unam semis. — Alia formula: Rec. Sal. Ammon. pulv., Sapon. Venet. rasi, Hb. Hyoscyami conc. et Sem. Lini cont. āā Unc. unam semis. Quaeque Species cum Panis tritic. cont. Unc. duodecim et s. q. Aq. fervid. misceatur.

CATAPLASMA VESICATORIUM Zwelferi. — Constat ex Cantharid. praep. (Disp. Viennens. p. 150.) Nro. triginta et Ferment. acris Unc. una. — Michaelis Cantharid. pulv. Scrup. unum, Euphorb. Gran. duodecim, Castor. Scrup. unum et Ferment. acerr. Unc. semis sumi suadet. — Plenckius Cantharid. et Farin. Tritic. āā Unc. unam cum s. q. Aceti in Cataplasma redigi jubet. (V. etiam Cataplasma Cantharidum.)

CATAPLASMA VIROSUM v. Cataplasma anodynum.

CATAPLASMA VOMITIVUM seu EMETICUM, Cataplasma Nicotianae seu Tabaci Ellis. Brechenerregender Breiumſchlag. *Cataplasme vomitif.*

Rec. Hb. Nicot. Unc. unam, Aquae q. s., ut f. Cataplasma. — Ph. castr. Ruthena et Barton sec. Richard Acetum crudum Aquae loco praescribit.

CATAPLASMA CONTRA VOMITUM Dolei.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0182-2
DFG

Rec. Chocolad. Unc. unam semis, Confect. Alkerm. Drachm. tres, Ol. Nucist. expr. Drachm. duas semis, Bals. Peruv. nigr. Drachm. duas. Fiat cum s. q. Vini Malvatici Cataplasma.

Alia Cataplasmata vetustiora praetereamus. (Vid. etiam Species ad Cataplasma et Unguentum.)

CATECHINUM, TANNINGENIUM, Acidum tanningenicum. Catechin, Tanningen-Säure. *Catechine, Acide tanningénique.* — Obtinetur digerendo Catechu cum Naphtha Vitrioli, abstrahendo Naphtham ex solutione clara, lavando residuum Aqua frigida, et solvendo Aqua bulliente. Inter refrigerationem Catechinum secernitur. — Pulverem exhibet album granuloso-crystallinum, sapore adstringente, post ingrato subdulci; vix acidorum modo reagit. Difficillimum solutu in aqua frigida, facile autem in Aqua fervida, uti et in spiritu vini; solvitur etiam in aethere, solutio solutionem ferri muriatici oxydati summopere dilutam colore pulchre viridi sine turbatione imbuit, solutionem autem gelatinae animalis minime praecipitat; leni calore liquefit, calore auctiore destruitur. — *Part. const.* et *Vis* (?). Facile aquae, acidi nitri ope cet. in Tanninum immutatur. — *Usus:* Per se nondum pro medicamento usurpatur. Continet autem Catechu magna in copia hoc principium peculiare organicum, et ut veri est simile, alia corpora organica Tanninum quod dicitur ferrum viridi colore inficiens, — et medicorum attentione dignum est.

CATECHU DEPURATUM v. Extractum.

CATHARTICUM ARGENTEUM Mynsichti est Argentum nitricum crystallisatum.

CATHARTICUM CAESAREUM Bate.

Rec. Pulp. Zinzib. condit. Unc. duas, Resin. Scammon. Unc. unam, Confect. Alkermes Unc. semis, Pulv. Rosar. rubr., Cremor. Tartari āā Drachm. duas, Ol. dest. Cinnam. Gutt. viginti, Spir. Vitriol. Gutt. sedecim, Syr. de Zinziber. condit. q. s. ad Electuarium.

CATHARTICUM REGIUM Mynsichti.

Rec. Confect. Alkerm. vitriolat. Drachm. decem, Magist. Scammon. Unc. semis, Pulv. Rosar. rubr. Spir. Vitrioli irroratar., Acidi (Cremoris) Tartari āā Drachm. unam, Nitri praep. Scrup. unum. Misce in formam Boli. — (Alia praecepta similia vetustiora praetereamus.)

CATHOLICUM v. Electuarium et Extractum.

CAUDELA AMYGDALINA Bate. Kraftwaſſer mit Mandeln. *Caudela d'Amandes.*

Rec. Cerevis. opt. illupulatae Libr. duas, Aq. font. Libr. unam, Cinnam. acuti Unc. unam. Coque ad tertiae partis consumtionem. Colaturae adde Amygd. dulc. mund. et cont. Nro. sexaginta. Cola per cribrum exprimendo et adde Sacchar. albiss. Unc. duas. Fiat Caudela.

CAUDELA CORDIALIS Fulleri.

Rec. Amygd. dulc. cont. Nro. duodecim, Vitell. Ovi duo, Sacchar. rosat. rubr. et Flor. Tunic. āā Unc. unam, Spir. Vini opt. Unc. semis, Vini Canariens. et Aq. Rosar. āā Libr. semis. Misce, cola cum expressione et adde Confect. Alkermes Drachm. duas, Ol. Cinnam. Gutt. duas.

CAULES seu STIPITES ANGELICAE SACCHARO CONDITI Ph. Gallicae. Ueberzuckerte Angelikaſtengel. *Tiges d'Angélique confites dans le Sucre.*

Rec. Stipit. Angelicae tenellorum q. v. Epidermide remota concide illos in frusta tres quaterve pollices longa. Bulliant in s. q. Aquae, dealbari quod dicitur, tunc supra cribrum humorem superfluum fac exstillare, et in Syrupo simpl. purissimo spisso caute coque leni igne ad humiditatis fere consumtionem, denique in balneo vaporis super crate lignea exsicca.

CAULES seu STIPITES APII CONDITI. Eingemachte Selerieſtengel. *Tiges d'Ache confites.* — Pari modo, sed integri, parantur.

CAULES BARDANAE CONDITI simili modo conficiuntur.

CAUSTICUM ALCALINUM seu COMMUNE FORTIUS seu ACERRIMUM, CAUSTICUM SALINUM seu VEGETABILE v. Lapis causticus.

CAUSTICUM AMMONIACALE v. Unguentum (seu Pomatum) Gondreti.

CAUSTICUM seu CAUTERIUM ANTIMONIALE v. *Butyrum Antimonii.*

† CAUSTICUM ARSENICALE seu Arsenicum antimoniatum, Oxydum Arsenici album cum Sulphureto Stibii, Sulphuretum Stibii arsenicatum, Pulvis arsenicalis Justamondi. Arſenikaliſches Aetzmittel. *Caustique arsenical* cet. Cadet et Swediaur.

Rec. Antimon. crudi Unc. unam, Arsenici albi Unc. semis. Liquefacta leni igne in crucibulo et refrigerata pulvera et adde, si opus est, Extr. Opii Drachm. unam ad tres.

CAUSTICUM ARSENICALE med. chir. Pharm.

Rec. Herb. Ranunculi acris, Flammul. vulg. et Arsenici albi laevigati āā Drachm. unam, Flor. Sulph. Scrup. quatuor. M. exactissime.

CAUSTICUM COMMUNE MITIUS EDINBURG., Causticum commune seu potentiale sive salinum Suecorum, Causticum cum Calce, Kali causticum seu Potassa cum Calce Ph. Londinens., Calx cum Kali puro. Gemeines gemildertes Aetzmittel. *Cautère modéré.*

Rec. Lixiv. caustici Octar. tres. Coque ad Octar. unum, deinde admisce Calcis vivae pulv. Libr. unam. — Ph. Dublin., Edinburg. et Suecica sec. Reuss Lixivio ad tertiae Partis consumtionem evaporato Calcis rec. ust. admisceri praescribunt quantum sufficit ad pultis solidioris crassitudinem. — Spielmannus Alcali caustici sicci Part. unam in Aquae Triplo solvi et solutioni sensim Calcem vivam adjici praescribit, donec omnis liquor in pastam redacta sit, quae in vase bene obturato asservanda. — Pharm. Gallica edit. Ratier et Henry Kali caustico vulgari igne lique-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0183-8

facto antequam effundatur Calcis vivae pauxillum admisceri proponit. — Sec. Lewis et Gray Causticum commune mitius Londinens. miscendo Calcis vivae et Sapon. mollis āā Part. aequales paratur.

CAUSTICUM COMMUNE CUM OPIO, Cauterium potentiale mitius Ph. Wirtemb.

Rec. Lixiv. Saponarior. Unc. octo; coque ad Unc. duas, dein liquori bullienti adde Opii pulv. Drachm. duas, Calc. viv. pulv. Drachm. quinque vel quantum requiritur ad pastam formandam. — Sec. Gray et Rennie paratur admiscendo Caustici commun. Pharm. Londin. Drachm. duabus Opii pulv. Drachm. semis et Sapon. mollis q. s.

CAUSTICUM seu CAUTERIUM LUNARE v. Lapis infernalis.

CAUTERIUM NOBILE. — Hoc nomine Cinis Fraxini rec. paratus intelligebatur, qui illico saliva madefactus ad magnitudinem ciceris pro fonticulis excitandis applicabatur.

CAUTERIUM POTENTIALE cet. v. supra et Lapis causticus.

## CERA ARBOREA. Baumwachs. *Cire aux Arbres.*

Rec. Cerae citrinae,
Resinae albae,
Colophonii communis āā Libram semis,
Terebinthinae communis,
Axungiae Porci āā Uncias duas.

Liquefiant et detineantur adhuc per breve tempus supra lenem ignem, tunc colentur in aquam frigidam. Malaxetur massa semirefrigerata optime et formentur baculi non admodum crassi. — Emplastrum sordide flavum, in frigore fragile, calore manus parum mollescens et valde glutinans, odore debili terebinthinaceo. — *Vis:* modice irritans, discutiens.

Emplastrum minus durum, in manu admodum mollescens ad usum non aptum.

*Usus:* Corio illinitur Emplastri Picis (Pechpflaster) nomine. Ceterum hortulanis quoque ad insitionem et laesiones arborum inservit. (V. etiam Ceratum seu Emplastrum citrinum.)

CERA AURI v. Cera inaurata.

CERA CATHOLICA Burrhi.

Rec. Gumm. Anime, Hederae, Elemi, Tacamahac., Sagapen., Carannae, Bdellii, Olibani āā Unc. duas, Opopanac. Unc. unam; Opobalsam. veri Unc. duas. Misceantur et inde formentur Pilulae.

CERA AD CRINES Wallbaum.

Rec. Cerae alb., Ungt. Pomat. āā Part. aequales. Leni calore liquata fundantur in magdaleones.

CERA PRO DENTIBUS. Zahnwachs. *Cire pour les Dents.*

Rec. Resin. Guajac. Drachm. duas, Laudani opiati, Gumm. Euphorb. āā Drachm. semis, Ol. Cinnam. et Caryoph. āā Gutt. decem. Misce, f. massa ad consistentiam Cerae, formanda in Bacillos.

CERA HISPANICA Mangeti v. Lacca sigillaris.

CERA INAURATA seu AURI FABRILIS. Goldwachs. *Cire d'orée.*

Rec. Cerae citr. Unc. quinque, Rubricae fabrilis, Vitriol. alb. āā Unc. unam semis, Aerugin., Boracis āā Unc. semis. Misceantur. — Ph. Londin. antiq. sec. Baerensprung Cerae flavae Unc. sedecim, Rubricae fabrilis subt. pulv. Unc. octo, Aerugin. trit. Unc. duas semis, Vitrioli coerulei Unc. duas et Boracis Unc. unam semis praescribit.

CERA AD LABIA v. Ceratum, Emplastrum et Unguentum.

CERA PURIFICATA. Gereinigtes Wachs. *Cire purifiée.*

Rec. Cerae flav. Unc. unam, Spir. Vini rect. q. s. Triturando in mortario vitreo commisce, et per chartam cola. Massa unguinosa in colo manens servetur. (V. etiam Butyrum Cerae p. 143.)

CERA SIGILLARIS RUBRA Ph. Wirtemb. Rothes Siegelwachs. *Cire rouge.*

Rec. Cerae citr. Unc. sedecim, Resin. Pini Unc. sex, Tereb. Venet., Cinnab. fact. praep. āā Unc. tres. Liquetur Cera et Resina atque mixturae colatae addatur Cinnabaris modica portione Olei Lini trita et effundatur in formas consuetas.

CERA VIRIDIS seu SIGILLARIS VIRIDIS, Ceratum viride seu Aeruginis. Grünes Wachs, Grünspan-Cerat. *Cire verte, Retinolé de Cire et d'Acetate de Cuivre.*

Rec. Cerae citr. Unc. sedecim, Resin. Pini Unc. sex, Terebinth. Venet. Unc. tres. Liquefiant, colentur et massae adhuc liquidae, non nimis calidae, admisceatur Aerugin. subtilissime pulv. et cum Ol. Lini Drachm. duabus bene tritae, Unc. una. Bene mixta in capsulas papyraceas effundatur et Ceratum refrigeratum in taleolas discindatur. — *Vis:* resolvens. — *Usus:* Praecipue contra clavos pedum adhibetur. — Ph. Borussica, Hannoverana, Ph. Hassiae El., Disp. Lippiac., Ph.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0184-4
DFG

Oldenburg. et Saxonica Cerae flav. Part. duodecim, Resin. Pini sex, Tereb. commun. quatuor et Aerugin. unam Partem l. a. misceri praescribunt. — Henry et Guibourt Cerae Unc. quatuor, Picis albae purif. Unc. duas, Terebinthinae et Aeruginis āā Unc unam misceri praescribunt. — Aliae formulae cum prioribus in summa rei congruunt.

CERATUM ACETATIS PLUMBI seu PLUMBICI v. Balsamum Saturni (p. 120.) et Ceratum Saturni (p. 168.).

CERATUM CONTRA ACRIMONIAM Falckii v. Ceratum mercuriale.

CERATUM ADHAESIVUM, DE ALTHAEA, AD AMBUSTA, AMMONIACI v. Emplastrum et Unguentum.

CERATUM ADSTRINGENS Lemery.

Rec. Lithargyrii, Lapid. Magnet. āā Drachm. duas semis, Olibani, Myrrhae āā Drachm. duas, Opopanacis, Bdellii, Mumiae āā Drachm. unam semis, Ol. rosat. Unc. duas semis, Ol. Myrtini Unc. unam semis, Cerae, Terebinth. āā Unc. duas, Picis navalis Unc. unam. M.; f. l. a. Ceratum.

CERATUM ALBUM Bate. Weißes Cerat. *Cérat blanc.*

Rec. Cerae albiss Unc. quatuor, Ol. Amygd. amar. Unc. quinque, Sperm. Ceti Unc. unam, Ceruss. in Aq. Rosar. lotae Unc. unam semis, Camphor. Unc. semis. M.; *fiat l. a. Ceratum.*

CERATUM ALBUM Vogleri.

Rec. Sevi cervini vel vervecini rec. Unc. quatuor, Ceruss. opt. subt. pulv. Unc. unam, Cerae alb. Unc. semis. Liquentur et misceantur l. a.

CERATUM ALBUM seu Cetacei album sive Unguentum album Ph. Fennic. et Suecic.

Rec. Ol. Olivar. Libr. semis, Sperm. Ceti Unc. tres, Cerae alb. Unc. duas semis. Liquando misceantur, coletur massa et refrigescat in capsulis. (V. etiam Ceratum cosmeticum, Galeni et simplex, et Emplastrum Spermatis Ceti seu cetaceum.)

CERATUM ALBUM COCTUM Lemery.

Rec. Ol. Libr. duas, Cerussae Libr. unam semis, Cerae albae Unc. tres. Coquantur s. a., ut ad formam Cerati reducantur.

CERATUM AD ALENDOS CAPILLOS Ph. Batavae.

Rec. Medull. Bovis rec. Libr. unam, Macid., Caryophyllor., Cardamomi āā Unc. semis, Fol. Lauri rec. conc. Unc. unam. Mixta calefac in vase clauso balneo Mariae immerso per 6 horas, tunc exprime. — Addunt quidam Succi Citri rec. et Mellag. Taraxac. āā Unc. semis.

CERATUM Andromachi sec. Manget.

Rec. Mastich. Unc. unam semis, Cinnam. Drachm. sex, Storac. Unc. semis, Spic. Nardi, Fol. Malabathri āā Unc. tres semis, Euphorb. Drachm. tres, Ol. Behen Unc. octo, Balsami et Cerae alb. āā Drachm. quindecim. Fiat l. a. Ceratum.

CERATUM ANODYNUM Ph. Hispanicae. — Mixtio est Emplastri Sebi anodyni Unc. viginti quatuor cum Ol. Olivar. Unc. quatuor. — Ph. Lusitanicae vetustior. formula ex Cerat. simpl. Unc. duabus, Opii Drachm. semis et Camphor. Drachm. una constat.

CERATUM ANTIPSORICUM. Krätzcerat. *Cérat antipsorique* Van Mons.

Rec. Plumb. sulphurat. Part. unam, Aethiop. min. Part. quatuor, Cerat. Axung. Part. sedecim. M. exactissime.

† CERATUM ARSENICALE Ph. Americanae et Batavae. Arsenikalisches Cerat. *Cérat arsenical.*

Rec. Arsenic. alb. subt. triti Scrup. unum, Cerat. simpl. leni calore mollefacti Unc. unam. M. exactissime. (V. etiam Unguentum.)

†CERATUM EX AURIPIGMENTO Plukketianum. Plukket's Cerat mit Auripigment. *Cérat d'Orpiment de Plukket.*

Rec. Herb. Ranunculi Flammul. Pug. tres, Flor. Cotul. foet. Pug. unum, Arsen. alb. Drachm. tres, Flor. Sulphur. Drachm. unam. Bene conterantur et resperganturAlbumine Ovi, ut Cerati induat spissitudinem. (V. etiam Causticum arsenicale.)

CERATUM AXUNGIAE sec. Van Mons. Fett-Cerat. *Cérat d'Axonge.*

Rec. Axung. Porci Part. duodecim, Cerae alb. Part. unam. Liquefiat Cera, tunc addatur *Axungia et agitetur ad refrigerationem usque. (V. etiam Ceratum simplex.)*

CERATUM Baumé seu Meliloti simplex, Unguentum emplasticum. Baume's Steinkleecerat. *Cérat de Baumé.*

Rec. Flor. Melilot. rec., Cerae citr. āā Libr. tres, Sevi bubuli Libr. quatuor, Resin. Pini Libr. sex. Flores contusi et cum Sevo commixti coquantur ad humiditatis consumtionem. Colatis adde Resinam et iterum cola; refrigeratis faeces separa, tum liquefac denuo et Ceram adde. — Taddei Flor. Meliloti tres, Sevi quatuor, Resinae tres et Cerae sex Partes praescribit.

CERATUM BETONICAE seu pro Bregmate v. Emplastrum.

CERATUM CALAMINAE seu CALAMINARE sive Carbonatis Zinci impuri, Ceratum epuloticum Turneri, Unguentum Lapidis Calaminaris. Galmei-Cerat- oder Salbe. *Cérat de Calamine.*

Rec. Lap. Calamin. praep., Cerae flav. āā Libr. semis, Ol. Olivar. Libr. unam. M. l. a.; fiat Ceratum. — Ph. Americanae, Hannoveranae edit. prior., Lusitanicae et Cadeti formulae cum hac congruunt. — Ph. Londin. et Batav. eo solummodo discrepant, quod Libr. unius loco Olei, Octarium unum praescribunt, — sec. Reuss insuper Minii Drachm. sex et Camphor. Drachm. una addantur. — Pharm. Edinburg. et Dublin. Lap. Calamin. praep. Part. unam cum Cerat. simpl. Part. quinque misceri praescribunt. — Disp. Fuldense Ol. Olivar. Unc. duodecim, Cerae flav. Unc. sex et Lap. Calaminar. Unc. quatuor semis sumi jubet. — Ph. castr. Ruthena Ol. Olivar. Libr. unam, Cerae alb. Unc. quatuor et Lap. Calaminar. Unc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0185-0
DFG

tres praescribit. (V. etiam Ceratum Lapidis Calaminaris, Unguentum Nihili, de Tutia, Zinci cet.)

CERATUM CAMPHORATUM sec. Formul. des hopit. milit. de France. Kampher-Cerat. *Cérat camphré.*

Rec. Camphor. Part. unam, Cerat. refrigerantis GALENI Part. decem. Misce terendo exactissime.

CERATUM CANTHARIDIS seu CANTHARIDUM sive Lyttae. Canthariden-Cerat. *Cérat des Cantharides.*

Rec. Cerat. simpl. (Cetacei) Part. sex, Pulv. Etantharid. Part. unam. M. exactissime. — Ph. Batavae, Belgicae, Dublinens. et Londinensis formula cum hac congruit. — VAN MONS Cerati Part. octo et Cantharid. Part. unam praescribit. — Ph. Americana Cerae flav., Resin. Pini, Ol. Olivar. āā Part. duas et Canthar. pulv. Part. tres misceri praescribit. (V. etiam Emplastrum et Unguentum.)

CERATUM CAPITALE Ph. Augustanae.

Rec. Sandarac., Oliban., Mastich., Lign. Aloës, Santal. rubr., Flor. Rosar. rubr. āā Drachm. unam. Pulverata, misceantur et f. cum s. q. Ladani, Cerae et Resinae l. a. Ceratum.

CERATUM PRO CEREOLIS BALSAMICIS Ph. Austriac. provinc.

Rec. Empl. Diachyl comp. et mercurial. āā Unc. duas, Cerae citrin., Resin. Pini āā Unc. unam semis, Tereb. clarae Unc. unam, Aethiopis mineral. Drachm. sex, Bals. Peruv. nigr. Drachm. tres. M.; f. l. a. Ceratum.

CERATUM PRO CEREOLIS DIGESTIVIS Ph. Austr. prov.

Rec. Empl. Cicutae simpl., Ungt Basilici āā Unc. tres, Pulv. Hb. Flammul. Jovis, Tereb. coct., Cerae citrin. āā Unc. duas semis, Bals. Copaivae Unc. semis. M.; f. l. a. Ceratum.

CERATUM PRO CEREOLIS DIGESTIVIS FORTIUS Ph. Austr. prov. — Fit miscendo Cerati praecedentis Unc. sex cum Alumin. usti Drachm. tribus, Merc. praec. rubr. Drachm una et Resin. Guajaci Unc. semis.

CERATUM PRO CEREIS EXSICCANTIBUS Ph. Austr. prov.

Rec. Cerae citrinae Libr. unam, Tereb. coct. Unc. tres, Extr. Saturni Drachm. sex. Misce — Si admisceas Extr. Hyoscyami Unc. semis, Ol. Ovor. Drachm. sex et Cerae citr. Unc. duas, Massam exhibet ad Cereolos ad Dolores leniendos.

CERATUM CERINAE CTESIPHONTIS.

Rec. Cerae citrin., Terebinth., Ol. antiqui, Salis Nitri āā Part. aequales. F. l. a. Ceratum. — Posteriora Praecepta dimidiam solummodo Nitri quantitatem postulant.

CERATUM CERUSSAE v. Unguentum album.

CERATUM CERUSSAE FERRARINI.

Rec. Ol. Olivar., Ceruss. pulv. āā Libr unam. Coque lente, tunc adde Aceti calidi albi Libr. unam et denique Cerae alb. et Empl. Diachyl. simpl. āā Unc. sex.

CERATUM CERUSSAE COMPOSITUM Ph. Americanae. — Fit miscendo Empl. Cerussae comp. Part. quinque cum Ol. Olivar. Part. una.

CERATUM CETACEUM seu CETI ALBUM v. Ceratum album, labiale, simplex, et Emplastrum de Spermate Ceti.

CERATUM CETACEUM RUBRUM v. Ceratum et Unguentum ad Labia rubrum.

CERATUM CUM CHINA seu Kinakina MEDICATUM Ph. Gallicae. China-Cerat. *Cérat avec le Quinquina.*

Rec. Cerati simpl. Part. sedecim, Extr. Chinae spir., parva Spir. Vini quantitate diluti, Part. duas. M. exactissime. — CADET et PIERQUIN āā Part. aequales sumi proponunt.

CERATUM CHINAE CAMPHORATUM sec. VAN MONS China-Cerat mit Kampher. *Cérat de Quinquina camphré.*

Rec. Cerati GALENI sine Aqua Unc. octo, Decoct. concentr. Chinae gris. Unc. unam, Camphor. Drachm. unam semis. Solve Camphoram in Cerato et admisce sensim agitando Decoctum Chinae.

CERATUM CITRINUM seu Resinae Londin. sec. LEWIS.

Rec. Ungt. Basilic. flav. Libr. semis, Cerae citr. Unc. unam. M. liquescendo. (V. etiam Cera arborea, Emplastrum citrinum et Unguentum.)

CERATUM COERULEUM LEYDENSE sec. RENNIE. Blaues Cerat. *Cérat bleu.*

Rec. Litharg. cum Aceto et Aq. Rosarum alterne et gradatim ad alborem usque triti, Cerae flav. āā Unc. quatuor, Ol. Olivar. Octar. dimidium. Liqua Ceram cum Oleo et Lithargyro humido, et admisce Smalti Unc. tres.

CERATUM COMMUNE GUMMOSUM v. Emplastrum Diachylon cum Gummi.

CERATUM COSMETICUM seu ALBUM. Schönheits-Cerat. *Cérat cosmetique, Cérat blanc* ou *Pomade en Crême* BAUMÉ sec. SPIELMANN, Ph. Lusitanic.

Rec. Cerae alb., Spermat. Ceti āā Unc. semis, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam. Leni calore liquata agitentur, usque dum refrixerint, tum sensim affundantur Aquae Rosar Drachm. sex, sub perpetua agitatione reliquae massae commiscendae. — HENRY et GUIBOURT ad Elaeocerolé balsamique insuper Tinct. Bals. de Tolu addi praescribunt. — BRUGNATELLI Cerae alb. Unc. duas et Sperm. Ceti Unc. tres, Ol. Amygd. et Olivar. āā Unc. octo et Aq. dest. Unc. unam semis misceri proponit. — FERRARINI Cerae alb. Unc. duas, Sperm. Ceti Drachm. sex, Ol. Amygd. dulc. Unc. sex et Aq. Naphae Unc. duas, — GRAY Cerae alb. et Sperm. Ceti āā Drachm. unam, Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. duas et Aq. Naph. Unc. semis, — TADDEI Cerae alb. Unc. unam, Sperm. Ceti Unc. tres, Ol. Olivar. aut Amygd. Libr. unam et Aq. Naphae Unc. octo praescribit. — VAN MONS Butyr. Cacao, Cerae alb. āā Part. unam, Ol. Amygd. dulc. Part. duas et Aq. font. vel Naphae Part. dimidiam misceri proponit. — PIERQUIN

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0186-5
DFG

Cerae alb., Sperm. Ceti āā Drachm. semis, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Ceruss. et Lithargyr. āā Gran. viginti cum Laccae q. s. misceri proponit. (V. etiam Ceratum album et Cremor.)

CERATUM DEFENSIVUM seu Ceromel Mayr.

Rec. Cerae flav. et alb. āā Part. unam, Mell. comm. opt. Part. quatuor. Leni igne in vase terreo vitreato liquescant et misceantur, his immergatur linteum et pistillo vitreo poliatur atque in frustra quadrangularia discindatur. (V. etiam Ceromel.)

CERATUM DEFENSIVUM COERULEUM Ph. Leydens.

Rec. Ungt. nutriti Libr. quinque, Ungt. alb. camph., Cerae flav., Smalti āā Libr. unam semis, Ol. Rosar., Lithargyr. aur. āā Libr. unam. M.; fiat l. a. Ceratum.

CERATUM DETERGENS v. Ceratum mercuriale Falckii.

CERATUM DIAPALMAE Ph. Lusitan. edit. Pinto.

Rec. Empl. Diachyl. simpl. (communis) Libr. unam, Oxydi Ferri rubri per Acidum sulphuricum Unc. duas, Sang. Dracon. Unc. unam, Ol. commun. Unc. quinque. F. l. a. Ceratum.

CERATUM DIAPOMPHOLIGOS v. Unguentum.

CERATUM DIASULPHURIS Lemery.

Rec. Bals. Sulphuris simpl. Libr. unam, Cerae citrin. Unc. quatuor, Colophonii, Myrrhae āā Unc. tres. F. l. a. Ceratum.

CERATUM EMOLLIENS Van Mons.

Rec. Cerae citr., Sapon. kalini, Terebinth. āā Part. unam, Mell. rec., Pulpae Cepar. coctar. āā Part. quinque. Liquefiat Cera et admisceatur Terebinthina, tunc Sapo cum Melle et Pulpa Ceparum trita.

CERATUM EPISPASTICUM. Blaſenziehendes Cerat. *Cérat perpetuél Van Mons.*

Rec. Cerae citr. Part. duodecim, Pulv. Cantharid. Part. quatuor, Ol. Olivar. et Terebinth. āā Part. tres. Misce et digere Cantharides in Cerato liquefacto leni calore per 2 dies, exprime et adde colaturae semirefrigeratae Camphor., pauxillo Ol. tritae, Part. unam.

CERATUM EPULOTICUM v. Ceratum Calaminae.

CERATUM EXPLORATORIUM Ph. Gallicae edit. Ratier et Henry. *Cérat pour le Toucher.*

Rec. Ol. Olivar. Part. sex mille, Sperm. Ceti, Cerae alb. āā Part. quadringentas.. Liqua, per linteum trajice et adde sensim continuo agitando Sodae causticae Part. quadringentas octoginta. — Non nisi post aliquod temporis spatium adhibendum.

CERATUM EXSICCANS seu neutrale Kirklandi. Austrocknendes Cerat. *Cérat desiccatif.*

Rec. Cretae praep., Aceti dest. āā Unc. quatuor. Cessante effervescentia adde Ol. Olivar. Unc. quatuor, Empl. Diachyl. simpl. Libr. semis. Liqua leni igne et massae semirefrigeratae admisce Extr. Saturn. Unc. quatuordecim. Misce sedulo. — Rennie Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. duas, Cretae praep., Acet. dest. āā Unc. duas et Cerussae Drachm. unam semis l. a. misceri proponit. — Gray Ol. Olivar., Cretae et Aceti dest. āā Unc. quatuor, Empl. Diachyl. simpl. Unc. octo, et Sacch. Saturn. Drachm. tres praescribit.

CERATUM EXSICCANS Van Mons.

Rec. Cerae citr. Unc. quatuor, Emplastr. Diachyl. simpl., Tereb. coct. āā Unc. semis, Ceruss. Gran. nonaginta sex, Calomel. Gran. quadraginta octo. M. l. a (V. etiam Unguentum.)

CERATUM FLAVUM Ph. Suecicae. — Eodem modo e Cerae flav. Part. duabus et Ol. Olivar. Part. tribus ac Ceratum album paratur. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM AD FONTICULOS Ph. Austriac. novae. Cerat für Fontanelle. *Cérat pour les Cautères* ou *Fontanelles.*

Rec. Cerae citr. Unc. sex, Sebi ovilli Unc. duas, Axung. Porci, Terebinth. āā Unc. unam semis. Colliquefactis admisceantur Minii Unc. quatuor et intingantur linteo, quae uti in Cerato defensivo tractanda. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM FUSCUM v. Emplastrum seu Unguentum fuscum sive Matris.

CERATUM Galeni REFRIGERANS seu SIMPLEX sive amygdalinum, Emplastrum ad Fonticulos, Ceratum album sive Oleo-Ceratum Aqua subactum Ph. Gallicae. Weißes oder Galeniſches Cerat. *Cérat de Galien* ou *Cérat blanc, Oleo-Cérate battu dans l'Eau.*

Rec. Cerae alb. pur. Part. quatuor, Ol. Amygd. dulc. Part. sedecim. Liquefiant leni calore et moveantur, donec refrixerint; tunc addantur sensim et indesinenter agitando Aquae purissimae, vel, si lubeat, Aquae Rosar. Part. duodecim. — Galenus Olei Amygdal. loco Ol. Rosar. sumi praescribit. — Ph. d'Anvers, Belgica et Van Mons octo Aquae purae Partes praescribunt, ceterum cum data formula congruunt. Aestate autem Ph. Belgica et Van Mons Cerae alb. Part. tres cum dimidia sumi proponunt. — Richard ad Ceratum simplex Galeni Ol. Amygdal. dulc. Unc. tres cum Cerae albae Unc. una optime misceri proponit, Aquam autem omittit. — Alias formulas parum subinde discedentes praetereamus. (V. etiam Unguentum cereum seu simplex et Ceratum simplex.

CERATUM Goulardi v. Balsamum et Ceratum Saturni.

CERATUM Hufelandi v. Unguentum desiccativum.

CERATUM JUNIPERI VIRGINIANAE Ph. Americanae.

Rec. Hb. Juniper. Virginian. pulv. Part. unam, Cerati resinosi Part. sex. Misce.

CERATUM seu CERA AD LABIA seu LABIALE Ph. Hassiae El. Lippencerat. *Cérat labial.*

Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. unam semis, Cerae alb. Unc. unam, Sperm. Ceti, Rad.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0187-1
DFG

Alkann. cont. āā Drachm. unam. Liquentur leni igne, deinde colaturae admisceantur Ol. Caryophyll. Gutt. viginti. In capsulas papyraceas quadratae formae effusum, serva. — Ph. Danica Cerae alb. Drachm. duas, Sperm. Ceti Drachm. tres, Ol. Amygd. rec. Drachm. sex, Rad. Alkann. spur. Drachm. unam semis et Ol. Lavendul. Gutt. triginta sumi praescribit. — Ph. Rossica Ol. Amygd. Unc. duodeviginti, Cerae alb. Libr. unam, Sperm. Ceti Unc. unam semis, Ol. Lavendul. seu cujuslibet expetiti Drachm. semis praescribit; quod Alkanna colore roseo tingendum. — Ph. Fennica et Suecica Ceratum album cum Rad. Alkannae tingi jubent.

CERATUM LABIALE seu cetaceum rubrum Ph. Borussicae et Hannoveranae eo solummodo ab Hassiae El. discrepat, quod Rad. Alkannae Pondus non stricte definiunt, sed massam liquidam cum frustulo tingi, usque dum gratum colorem induerit, et Ol. Caryoph. loco Ol. Citri et Bergamottae āā Gutt. duodecim sumi praescribunt. — Ph. Slesvico-Holsaticae formula cum hac congruit, praescribit autem Rad. Alkannae Drachm. unam.

CERATUM AD LABIA ARGENTORATENSIUM sec. Spielmannum, Ceratum seu Unguentum de Uvis. Traubenpomade. *Cérat labial ou de Raisins.*

Rec. Succi Uvarum, Pomorum āā Unc. duodecim, Butyr. rec. Unc. triginta duas. Coquantur lento igne ad consumtionem humiditatis; per linteum trajectis addantur Cerae alb. Unc. sedecim, Sperm. Ceti Unc. una; leni calore liquentur, sub perpetua agitatione refrigeratis immisceatur Ol. Lavendul. Drachm. una. Pro lubitu Radice Alkannae tingi potest. — Ph. Bremensis ex Axung. Porci Libr. semis, Succi Passul. min. Unc. quatuor, Cerae alb. Unc. duabus et Ol. Caryophyll. Gutt. viginti pari modo parari praescribit.

CERATUM LABIALE seu DE UVIS Mayr.

Rec. Butyr. rec. non salit. Libr. duas, Vini Austriaci montan. Libr. unam. Coque leni igne ad humiditatis consumtionem, tunc adde Cerae citr. Unc. octo. Colatis et semirefrigeratis admisce Ol. Bergamott. Gutt. viginti, tunc effunde in capsulas papyraceas; — vel etiam Ceratum labiale rubrum cum Cera alba, addendo Carmini s. q. ad rubedinem, parari et in pyxide dari potest.

CERATUM, UNGUENTUM seu POMATUM AD LABIA Henry et Guibourt. *Pommade pour les lèvres, Elaeocérolé à la Rose pour les lèvres.*

Rec. Cerae alb. Unc. duas, Ol. Amygdal. dulc. Unc. quatuor, Cort. Rad. Alkann. concis. Drachm. duas. Digere in baln. Mariae per horas 2, cola, decantha et adde Ol. Rosar. Gutt. duodecim.

CERATUM LABIALE Piderit.

Rec. Butyr. rec. non salit. Libr. semis, Passul. maj. cont. Unc. quatuor. Coque ad consumtionem humiditatis et adde Cerae citr. Unc. duas. Cola cum expressione et adde Ol. Caryoph. Gutt. viginti. Denique massam in capsulas papyraceas effunde.

CERATUM LABIALE Ph. Saxonicae.

Rec. Sevi cervin. Part. septem, Cerae alb. Part unam. Liquefiant et colentur, tunc addantur ad Unc. singulas Ol. Citri et Lavendul. āā Gutt. quatuor. — Ceratum labiale rubrum fit tinctu ex Radice Alkannae.

CERATUM LABIALE Trommsdorffii.

Rec. Sevi puri Unc. quatuor, Sperm. Ceti Unc. unam, Cerae alb., Ol. Amygd. āā Unc. semis, Rad. Alkann. Drachm. tres. Liquentur leni igne, deinde colat. addatur Ol. Caryoph. Drachm. semis. (V. etiam Emplastrum Spermatis Ceti et Unguentum ad Labia.)

CERATUM LAPIDIS CALAMINARIS Ph. Lusitanic. edit. Pinto.

Rec. Lap. Calamin., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, Minii Drachm. sex, Camphor. Drachm. tres. M. exactissime. (V. etiam Ceratum Calaminae et Unguentum.)

CERATUM LITHARGYRI seu Lithargyrii acetati v. Balsamum et Ceratum Saturni cet.

CERATUM LYTTAE v. Ceratum Cantharidum.

CERATUM AD MAMMAS. Butterpflaſter. — Fit coquendo Butyrum rec. cum Vino albo ad humid. consumt. et addendo s. q. Cerae ad Ceratum. (V. etiam Emplastrum.)

CERATUM MATRICALE v. Emplastrum de Galbano.

CERATUM MELILOTI v. Ceratum Baumé et Emplastrum.

CERATUM MELLIS Pharm. nosoc. St. Bernhardi.

Rec. Mellis, Ol. Olivar. āā Libr. unam, Cerae flavae et Empl. Diachyl. simpl. āā Libr. semis. Misce exactissime.

CERATUM Mercantini v. Emplastrum.

CERATUM MERCURIALE Ph. nosocom. civil. Argentor. — Mixtio est Ung. mercurialis simpl. et Cerati Galeni āā Part. aequal. — Gray, Ratier et Rennie Ungt. mercurial. Unc. quatuor, Cerati simpl. Unc. decem triturando misceri proponunt.

CERATUM MERCURIALE Ph. Lusitanic. edit. Pinto.

Rec. Mercur. vivi Unc. duas, Sulphureti saponacei Libr. semis, Cerae flav. Unc. tres. Mercurium cum Sulphureti Unc. una ad perfectam extinctionem contritum commisce cum Cera flava et reliquo Sulphureto.

CERATUM MERCURIALE Brugnatelli.

Rec. Mercur. praec. rubr. Part. unam, Cerae alb. Part. tres, Ol. Olivar. Part. octo. M. exactissime. (V. etiam Balsamum ophthalmicum rubrum [p. 117.] Emplastrum mercuriale et Unguentum.)

CERATUM MERCURIALE, DETERGENS seu CONTRA ACRIMONIAM Falckii. Falck's Cerat. *Cérat de Falck.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0188-7
DFG

Rec. Mercur. praec. rubr. Unc. semis, Calomel. Unc. duas. Subtilissime laevigata misceantur cum Sacch. Saturn. Unc. una. Iterum laevigatos pulveres insperge in liquefactas Cerae alb. Unc. quatuor, Ol. Nuc. Jugland. Unc. sex, tandem adde Ol. Lavendul. Gutt. triginta. — Recens semper hoc Ceratum desiderante medico parandum. — Ph. Herbipolit. ad Ceratum mercuriale rectius Olei Nucum loco Oleum Olivar. opt. sumi praescribit et Ol. Lavendul. omittit, ceterum cum data praescriptione congruit. — Spielmannus pariter Ol. Olivarum, verum et etiam praeterea Ol. Lavendulae Drachm. semis sumi proponit. — Van Mons ad Cerat de Falck Ol. Olivar. Part. sex, Cerae flav. et Sacch. Saturn. exsiccat. āā Part. unam et Mercur. praec. rubr. Part. dimidiam l. a. misceri proponit. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM MERCURIALE Ph. Londin. veter. sec. Reuss.

Rec. Cerae flav., Axung. Porci curat. āā Unc. sex, Mercur. viv. Unc. tres, Bals. Sulphur. simpl. Drachm. unam. Ceram cum Axungia liquefac, tum gradatim adde Mercurio cum Bals. Sulphur. bene trito.

CERATUM MERCURII PRAECIPITATI RUBRI Vogt.

Rec. Merc. praec. rubr. Scrup. unum ad Drachm. unam, Cerati simpl. Unc. unam, Terebinth. commun. Drachm. unam. Misce exactissime.

CERATUM seu UNGUENTUM MINII sive rubrum. Mennigcerat. *Cérat rouge* ou *Onguent de Minium* Van Mons.

Rec. Cerae alb. Part. unam, Ol. Olivar. Part. duas. Leni calore liquatis admisce Minii cum pauxillo Olei triti Part. dimidiam. — Ferrarini Minii Unc. sex, Cerae alb. Unc. duas et Ol. Olivar. Libr. unam praescribit. (V. etiam Emplastrum.)

CERATUM MINII GUMMOSO-RESINOSUM v. Emplastrum Mercantini.

CERATUM MUNDIFICANS BALSAMICUM Ph. Batav. Balsampomade. *Cérat balsamique mondificatif.*

Rec. Sperm. Ceti Unc. unam, Butyr. Cacao Unc. duas, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor, Bals. Peruv. Drachm. unam. Leni calore coëant agitando commixta cum Aquae Naphae Unc. duabus.

CERATUM NARCOTICO-BALSAMICUM Ph. nosoc. civil. Argentor.

Rec. Bals. Peruv. nigr., Extr. Cicutae āā Unc. duas, Sacchar. Saturni Scrup. sedecim, Laud. liquid. Sydenh. Scrup. octo, Cerati Galeni Libr. unam. Misce.

CERATUM NICOTIANAE v. Ceratum tabacinum.

CERATUM NIGRUM sec. Van Mons.

Rec. Resin. Pini Part. sex, Picis nigr. Part. duodecim, Cerae flav. Part. tres, et Terebinth. Part. unam. M.; fiat l. a. Ceratum.

CERATUM NORICUM seu NORIMBERGENSE v. Emplastrum.

CERATUM OLEO-RESINOSUM Swediaur.

Rec. Cerae alb., Tereb. coct. āā Part. unam, Ol. Olivar. Part. duas. Fiat l. a. Ceratum.

CERATUM OPHTHALMICUM Sundelin. Sundelins Augencerat. *Cérat ophthalmique de* Sundelin.

Rec. Ol. Amygd. dulc. rec. Drachm. tres, Cerae albae Drachm. duas. Leni calore liquata, fere refrigerata agitentur in mortario. (V. etiam Balsamum et Unguentum.)

CERATUM OPIACEUM Ratier cet.

Rec. Cerati Galeni Libr. unam, Laudan. liq. Sydenh. Unc. unam. M. terendo.

CERATUM OPIATUM Ph. nosoc. Argentor.

Rec. Opii puri pulv. Unc. unam, Cerati Galeni Libr. unam. Misce in mortar. marmoreo. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM CUM OPIO Lagneau sec. Richard.

Rec. Cerati Galeni simpl. Unc. duas, Opii pulv. Drachm. semis, Vitellum Ovi unum. Subige Opium cum Vitello Ovi et adde Cerato.

CERATUM OXYDI MERCURII RUBRI PER ACIDUM NITRICUM Ph. Lusitan. edit. Pinto.

Rec. Mercur. praec. rubr. Unc. semis, Cerati Diapalmae Libr. semis. M. exacte.

CERATUM PLUMBI cet. v. Balsamum, Ceratum et Unguentum Saturni.

CERATUM Pottii seu Saponis sive saponaceum sec. Van Mons.

Rec. Sacch. Saturn. pulv. Part. quatuor, Sapon. alb. rasi Part. unam semis. M. intime in balneo Mariae, donec aqua evaporata sit, tunc adde Cerae alb. et Ol. Olivar. āā Part. tres. M. exactissime. — Ph. Londin. ad Ceratum Saponis Litharg. Libr. unam cum Aceti Congio ad solutionem coqui, deinde adjici Sapon. Unc. octo et iterum blando igne ad humiditatis consumtionem coqui, et denique Ol. Olivar. et Cerae flav. āā Libr. unam antea simul liquefactis admisceri praescribit. — Cadeti et Swediauri formula fere eadem est. — Rennie Sapon. duri Unc. octo, Cerae flav. Unc. quinque, Litharg. Libr. unam, Aceti Cong. unum et Ol. Olivar. Octar. unum l. a. in Ceratum redigi praescribit. — Gray formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Cerae Unc. decem et Ol. Olivar. Libr. unam praescribit.

CERATUM DE RANIS CUM MERCURIO v. Emplastrum.

CERATUM Rechouxii. Rechour's Cerat. *Cérat* Rechoux, *Eleocérolé ammoniacal.*

Rec. Sal. volatil. sicci Drachm. unam, Cerati Galeni Unc. unam. M. exactissime in mortario marmoreo.

CERATUM REFRIGERANS Galeni v. Ceratum Galeni.

CERATUM RESINAE FLAVAE, BURGUNDICAE, PINI, RESINOSUM COMPOSITUM cet. v. Cera arborea, Emplastrum adhaesivum, citrinum, Unguentum Althaeae, Basilicum, flavum cet.

CERATUM RUBRUM Swediaur. Rothes Cerat. *Cérat rouge.*

Rec. Cinnab. praep. Gran. quindecim, Resin. flav. Unc. semis, Cerae flav., Axung. Porci āā

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0189-5
DFG

Libr. semis. M. l. a. exactissime. (V. etiam Ceratum Minii.)

CERATUM RUBRUM CAMPHORATUM v. Emplastrum de Minio.

**CERATUM seu UNGUENTUM SABINAE. Sevenbaum- oder Sadebaum-Cerat oder Salbe.** *Cérat* ou *Onguent de Sabine.*

Rec. Herb. Sabinae rec. cont. Part. duas. Coque leni igne (optime in balneo Calcis salitae) cum Axung. Porci Part. quatuor ad humiditatis fere consumtionem; cola cum expressione et admisce colaturae leni calore Cerae citr. Part. unam. — Unguentum saturate flavo-viride, odore Sabinae. — *Vis:* epispastica. — *Usus:* Cuti illinitur ad suppurationem in superficie exulcerata augendam et sustentandam. — Ph. Batavae, Bavaricae, Dublinensis, Edinburg., Londin., Slesvico-Holsat., Suecicae cet. formulae cum hac congruunt. Ph. Americana et Coxe Pulv. Hb. Sabinae Part. unam cum Cerati resinosi Part. sex misceri praescribunt.

CERATUM SANTALINUM Ph. Augustanae.

Rec. Flor. Rosar. rubr. Unc. unam semis, Pulv. Lign. Santal. rubr. Drachm. decem, Santal. alb. et citr. āā Drachm. sex, Boli Armen. Drachm. septem, Spodii Unc. semis, Camphor. Drachm. duas, Ol. rosat. Libr. unam, Cerae alb. Unc. sex. Ceram in Oleo liquando et reliquos tandem pulveres miscendo f. l. a. Ceratum.

CERATUM SAPONACEUM Ph. Lusitan. edit. Pinto.

Rec. Empl. Sapon. camph. Libr. unam, Ol. commun. Unc. quatuor. Fiat blando igne Ceratum. (V. etiam Cerat. Pottii et Emplastrum.)

## CERATUM SATURNI Goulardi. Goulard's Blei-Cerat. *Cérat de Saturne* ou *de Goulard.*

*Synon.:* Ceratum seu Unguentum saturninum seu Lithargyrii, Ceratum Goulardi, Pomatum Saturni, Ceratum seu Unguentum Acetatis seu Subacetatis Plumbi sive plumbici liquidi. Bleiſalbe, Goulard'ſche Salbe. *Pommade de Goulard.*

Rec. Cerae albae Uncias quatuor,
Olei Olivarum albi Uncias sedecim.

In vase fictili vitreato calore leni colliquatis sub perpetua agitatione cochleatim immisce sensim et per intervalla, exspectando coalitionem cujusvis portiunculae adjectae,

Aceti Saturni Uncias sex,
Aquae destillatae simplicis Unciis duodeviginti dilutas. Consumta omni humiditate Ceratum in vase porcellaneo asservandum. — Ceratum album, molle, pinguoso-lubricans, fere inodorum. — *Vis:* demulcens, refrigerans, discutiens, leniens, exsiccans.

Sit Ceratum supra ut bonae notae descriptum, homogeneum; inaequale autem, glareosum, aqua secreta vel cuticulas tenaces prae se ferens, colore sordido et odore rancido, rejiciatur.

*Usus:* Externe linteo cet. illinitum applicatur.

Permultae sunt formulae discedentes in parando hoc Unguento. — Sic Ph. Bavarica Cerati simpl. Part decem cum Aceti Saturni Part. una et Aq. destill. Part. duabus misceri praescribit. — Ph. Boruss. nova Ungt. simpl. Libr. tres et Acet. Saturn. Unc. tres praescribit. Priores editiones hucusque in terris Badensibus legitimae, uti et Ph. Hassiae El., Polonica, Slesvico - Holsatica, Codex Hamburg. Cerae alb. Unc. sex, Ol. Olivar. Libr. duas, Aceti Saturn. Unc. tres et Aq. Rosar. Unc. sex commisceri jubent. (Codex Hamburg. aestate septem Unc. Cerae sumi proponit.) — Ph. Hannoveranae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod duodecim Aquae Rosar. Unc. sumi praescribit. — Ph. Gallica Cerati Galeni Part. centum et viginti quinque cum Aceti Saturn. Parte una misceri proponit. — Ph. nosoc. civ. Argent. ad Libr. unam Cerati Galeni Unc. unam semis Aceti Saturni praescribit. — Disp. Lippiacum et Ph. Lusitanic. Cerae citr. Unc. quatuor, Ol. Olivar. alb. Unc. novem et Extr. Saturni Unc. duas semis, — Ph. Batav. et Edinb. Cerati (Ungt.) simpl. Part. viginti et Sacch. Saturn. Part. unam, — Ph. Dublin. duodeviginti Unguenti Part. ad unam Sacch. Saturni, — Ph. Londin. Cerae alb. Unc. duas, Ol. Olivar. Octar. semis et Sacch. Saturn. Drachm. duas, — Ph. Genevens. Cerati Galeni Unc. duodecim et Sacch. Saturn. Unc. semis, — Ph. Fennica et Suecica Cerae alb. et Extr. Saturn. āā Unc. octo, Ol. Olivar. Libr. unam semis, — Ph. Rossica decem Cerae Uncias praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit. — Ph. Oldenburgica et Brugnatelli Ol. Olivar. Part. quatuor, Cerae alb. Part. dimidiam et Extr. Saturn. Part. unam. — Van Mons Cerae alb. et Extr. Saturn. āā Part. unam cum Ol. Olivar. Part. quatuor misceri praescribit. — Ph. Austriaca Axung. Porci Libr. unam, Cerae alb. et Extr. Saturn. āā Libr. semis l. a. misceri praescribit. — Ph. Wirtemb. Ol. Olivar. Unc. quatuor, Cerae Unc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0190-0
DFG

unam leni igne liquefieri et massae refrigetae successive addi praescribit Aq. saturninam, ex Unc. viginti quatuor Aquae et Unc. una Extr. Saturn. paratae, ea adhibita encheiresi, ut in patina ampla, loco frigido, per vices exiguae saltem doses Aquae, forti agitatione et concussione, spatulae ligneae ope commisceantur, donec tandem aquae quantitas omnis, vel quantum ejus fieri potest, subacta cum Oleo et Cera formam Cerati albi in magnam molem excrescentis induerit. — Disp. Brunsvic. Ol. Olivar. Libr. duas et Extr. Saturn. Unc. sex cum Aq. font. Libr. quatuor l. a. misceri proponit, Ceram autem omittit. — Ph. Danica et PIDERIT Cerae citr. Unc. quatuor, Ol. Nuc. Jugland. et Aquae āā Libr. unam, et Extr. Saturn. Unc. unam misceri proponunt. Unguentum cum quodam Oleo exsiccante paratum tempore mox cuticulas in superficie format. (V. etiam Unguentum Lithargyri seu nutritum et saturninum et Balsamum Saturni p. [120.]).

CERATUM SATURNI GOULARDI CUM CAMPHORA sec. SPIELMANNUM.

Rec. Cerae alb. Unc. octo, Ol. Amygd. dulc. Unc. duodeviginti. Leni igne liquatis addantur Extr. Saturn. Unc. quatuor. Sub perpetua agitatione refrigeratis admisceatur Camphorae, paululo Ol. Amygd. dissolut., Drachm. una. — Disp. Fuldens. Ol. Olivar. Libr. unam, Cerae citr. Unc. quatuor, Acet. Saturn. Unc. tres et Camph., in Ol. Olivar. solut., Drachm. duas, — Ph. Herbipolit. Cerae citr. Libr. unam semis, Ol. Olivar. Libr. quatuor, Acet. Saturn. Libr. unam semis et Camph. in Ol. solut. Drachm. sex praescribit. — VOGT Cerati Saturni simpl. Unc. duabus Camphorae Drachm. unam admisceri proponit.

## CERATUM seu OLEO-CERATUM SIMPLEX, Ceratum album, Unguentum cereum, Cerae, seu emolliens. Einfache Wachsſalbe. *Cérat* ou *Oleo-Cérat simple.*

Rec. Ol. Olivar. opt. Unc. decem, Cerae alb. Unc. quatuor. Liquata et ab igne remota agitentur, donec refrixerint. (Ph. Amstelod., Bavaric., Belgica, COXE, Edinburg., Ph. Hassiae El., Fennica, Saxonica, Hannoveran., Oldenburgica, VAN MONS.) — Ceratum album, molle et mite fere inodorum. — *Vis:* emolliens, leniens. — *Usus:* Per se adhibetur et saepius aliis Ceratis aut Unguentis ut constituens inservit. — Ceratum sordidum, rancidum rejiciatur. — Ph. Borussicae et Slesvico-Holsaticae formula ad Unguentum cereum cum hac congruit, nisi quod inter agitandum paullulum Aquae admisceri proponit. — Ph. Polonica inconvenienter Oleum Papaveris substituit. — Disp. Fuldens. pariter inepte ad Unguentum emolliens Ol. Lini Unc. duodecim et Cerae flav. Unc. unam sumi jubet. — Ph. Gallica Ol. Amygd. dulc. Part. quatuor, et Cerae alb. Part. unam, — Ph. Londinens. Cerae flav. Unc. quatuor et Ol. Olivar. Fluid. unc. quatuor, — Ph. Austriaca nova Cerae alb. Libr. unam et Axung. Porci Libr. semis liquefieri et in tabulas effundi praescribit. — Ph. Genevens. Cerae Part. unam, Sevi vervecin. et Axung. Porci āā Part. quatuor praescribit. — MAYR ad Ceratum album Ol. Behen Unc. sex, Sevi ovilli Unc. tres et Cerae alb. Unc. duas semis misceri proponit. — Ph. Dublinens. ad Unguentum Cerae albae Cerae alb. Part. unam et Axung. Porci Part. quatuor, ad Unguentum Cerae flavae autem Ceram citr. ad Axungiam praescribit. — (V. etiam Ceratum GALENI, Emplastrum Spermatis Ceti cet.)

CERATUM SPERMATIS CETI v. Ceratum album et Emplastrum.

CERATUM STOMACHICUM AUGUSTANORUM et GALENI.

Rec. Pulv. Flor. Rosar. rubr., Mastich. āā Drachm. viginti, Hb. Absinth. Drachm. quindecim, Spicae Nardi Drachm. decem, Ol. rosac. Libr. unam semis, Cerae flav. q. s. ad Ceratum.

CERATUM SUBACETATIS PLUMBI seu plumbici medicati v. Ceratum Saturni.

CERATUM E SULPHURE RATIER cet. Schwefelcerat. *Cérat de Soufre.*

Rec. Flor. Sulphur. Unc. quatuor, Cerati simpl. Libr. unam. M. — SWEDIAUR Flor. *Sulph. et Bacc. Lauri āā Unc. unam cum s. q. Butyri misceri proponit.*

CERATUM TABACINUM seu Nicotianae CONSBRUCH. Tabakcerat. *Cérat de Tabac.*

Rec. Succ. Hb. Nicotian., Cerae flav. āā Unc. tres, Resin. Pini Unc. unam semis, Ol. Myrrh. q. s., ut f. Ceratum.

CERATUM TURNERI v. Ceratum Calaminae (p. 163.).

CERATUM VIRIDE v. Cera viridis.

CERATUM ZINCI CARBONATIS IMPURI, ET E ZINCO v. Unguentum Nihili, de Tutia et Zinci.

Reliqua Cerata antiqua praetereunda putamus; ceterum videatur etiam Emplastrum et Unguentum.

CERBERUS TRICEPS v. Pulvis cornachinus.

CEREI MEDICATI v. Cereoli.

CEREOLI ALBI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI BELLII. Bell's Harnröhrekerzchen. *BELL's Bougies.*

Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor. Liquato blando calore adde Cerae citr. Unc. unam semis, Ol. Olivar. Unc. (Drachm.?) tres. In miscellam immerge fascias linteas apte concisas, quas l. a. in Cereolos forma (vid. infra ad Cereolos exploratorios). — GRAY solummodo fascias linteas in Empl. Diachyl. simpl. liquefact. immergi et in Cereolos formari praescribit.

CEREOLI DEMULCENTES seu emollientes v. Cereoli exploratorii.

## CEREOLI ELASTICI. Elaſtiſche Kerzen. *Bougies elastiques.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0191-5 DFG

Rec. Olei Lini q. v. Coque per longum tempus leni igne cum s. q. Lithargyrii, donec satis spissescat, tunc admisce Succin. pulv. et Ol. Terebinth. āā tertiam Partem et Cautchuc dissecti vigesimam Part. Omnibus leni igne bene dissolutis fasciculi subconici lintei vel tela holosericea bis terve immergantur, exsiccentur semper aëre et denique l. a. poliantur. — Cereoli BERNHARDI simili modo parantur cum Filis sericeis, omisso tamen Cautchuc. — Cereoli elastici sec. GRAY sequenti methodo parantur: Filum ex intestino paratum (Darmſaite) Cera obductum et juste curvatum saepius in Solutionem Resin. elasticae (Cautchuc) aetheream ingeratur, donec satis spisso gummi strato sit circumdatum, tunc calore perfecte siccatum in Aqua coquatur, ut Cera liquefacta et filum separari possint. Hujus fili loco etiam filum ferreum sericeo obductum adhiberi potest, vel filum ferreum spiraliter volutum tenue fascia Gummi elastici, cujus superficies in Aquam ferventem vel potius in Aetherem vel Solutionem Camphorae in Spiritu Nitri dulcis, cui Spiritus Vini aliquantulum additur, mollis redacta est, circumtegitur, huic fasciae alia sericea et filum cannabinum superinvolvitur, quibus, si Gummi bene siccatum videtur, remotis, Cereolus elasticus per temporis momentum in Aquam bullientem immititur, quo expanditur, ut filum ferreum retrahi possit.

CEREOLI EMPLASTICI DE DARAN. Daran's Pflaſterkerzen. *Bougies emplastiques de DARAN.*

Rec. Hb. rec. Cicut., Nicotian., Flor. Melilot. coerul. et Hyperici āā Pug. unum, Ol. Olivar. seu Nucum Libr. decem. Coque ad humiditatis consumtionem, exprime et adde Sevi ovilli et Axung. Porci āā Libr. tres, Litharg. subt. pulv. Libr. quatuor; coque leviter semper agitans per horam, tunc admisce Cerae flavae Libr. duas et coque iterum, donec massa justam acquisiverit consistentiam. Immerge tunc fascias linteas et forma Cereolos, variae longitudinis et crassitiei, uti ad Cereolos exploratorios edoctum est. — VAN MONS Empl. simplex Olei Lini cocti curari calefieri et semirefrigeratum in cylindros evolvi suadet.

## CEREOLI EXPLORATORII, PROBATORII seu SIMPLICES, Cereoli demulcentes seu emollientes, Candelae cereae, Specilla cerea, Fila cerea. Einfache oder Unterſuchungs-Wachskerzchen, chirurgiſche Kerzen, einfache Bougies, Wachsfäden, wächſerne Seile. *Bougies simplex* ou *pour sonder.*

Rec. Cerae flav. Unc. sex, Olei Olivar. Unc. unam. Liqua et post lenem humidi evaporationem immerge lintei tenuiores paniculas, quas massa cerea bene impraegnatas exime, ut refrigescant; secantur tunc in fascias obtuse pyramidatas novem ad decem circiter pollices longas et in basi pollicem ad sesqui-pollicem, in apice, leviter convexa, dimidiam ad tres pollicis quadrantes ferme latas, (pro re nata fasciolae latiores vel angustiores secantur) poliuntur et convolvuntur, postea primum digitis, deinde corporis duri, e. g. tabulae ligneae politae vel vitri ope, supra laminam metallicam vel marmor semper in unam eandemque directionem, donec parietes lintei cerati arctissime cohaereant, ut figuram subconico-cylindricam referant et superficiem habeant perfecte aequalem et politam. Plurimarum Pharmacopoearum praeceptiones cum hac congruunt. — Disp. Brunsvic. autem Cerae citr. Libr. duas cum Tereb. Venet. Drachm. duabus liquefieri curari et linteola imbui ac in Cereolos effingi praescribit. — Ad Cereolos demulcentes (Bougies adoucissantes) Cerae flavae Libr. sex, Sevi hircini et Ol. Amygd. dulc. rec. āā Libr. semis liquefaciendo misceri praescribit, qua massa tenuia lintei Hollandici vel etiam holosericei frustula impraegnanda et in Cereolos formanda. — SWEDIAUR Cerae flav. Libr. unam, Tereb. Venet. Unc. quatuor et Cinnabar. Unc. unam sumi proponit. — Codex medicamentarius Hamburg. Cerae flav. Unc. sedecim et Sap. Alicant. pulv. Unc. unam misceri, et post lenem humidi evaporationem inde l. a. cum telis linteis tenuibus Cereolos formari praescribit. (V. etiam Cereoli BELLII et Terebinthinae.)

CEREOLI FALCKII v. Cereoli medicati FALCKII.

CEREOLI HECKERIANI CUM KALI CAUSTICO (vel Mercurio sublimato, seu mercuriales dissolubiles) sec. AUGUSTIN. Heckerſche Wachskerzen. *Bougies de HECKER.*

Rec. Alcali vegetab. sicci (vel Mercur subl. corrosivi) Gran. quatuor, Extr. Opii Drachm. unam. Solvantur in Aquae font. Unc. duabus, addatur Gummi Arab. q. s., ut solutio fiat spissior, quo facto fila tamdiu immergantur et siccentur, donec formam exactam accipiant.

CEREOLI LITHARGYRI HUNTERI sec. AUGUSTIN.

Rec. Ol. Olivar. Unc. duodecim, Cerae flav. Libr. unam, Litharg. Libr. unam semis. Bulliant leni igne per horas 6 usque ad consistentiam emplastri. Tum formentur Candelae. (V. Cereoli emplastici.)

CEREOLI GOULARDI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI MEDICATI FALCKII.

Rec. Terebinth. Venet. Drachm. unam, Gumm. Lacc. pulv. Drachm. semis. Liquentur leni igne, tum addantur Empl. mercurial. Unc. duae, Calomel. Drachm. duae, Merc. praec. rubri subt. pulv. Scrup. duo. Misceantur omnia probe agitando, ne separentur et a se invicem discedant et fiant Cereoli uti Cereoli exploratorii.

CEREOLI MERCURIALES seu Candelae mercuriales PLENCKII. Merkurialkerzen. *Bougies mercurielles.*

Rec. Cerae flav. Unc. sex. Liquatis addantur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0192-1
DFG

Aceti Saturni Unc. semis, Calomel. Drachm. duae. Formantur inde Cereoli eadem ratione, quam ad Cereolos exploratorios docuimus.

CEREOLI MERCURIALES Swediaur — fiunt, si Massae ad Cereolos exploratorios Drachm. duae Liquor. Bellostii admiscentur. — Van Mons autem vigesimam quartam Part. Merc. praecip. rubr. admisceri proponit.

CEREOLI MERCURIALES DISSOLUBILES Heckeri v. Cereoli Heckeri.

CEREOLI MERCURIALES seu Candelae probatoriae Van Mons.

Rec. Empl. mercurial. fusi Part. tres, Cerae flav. liquat. Part. unam. Misce bene et immersis fasciis linteis vel fasciculis filorum gossypinorum forma l. a. Cereolos. — Gray Fila e membrana intestinali confecta (Darmſaiten) vel fascias linteas Empl. mercuriali liquato immergi et inde Cereolos formari praescribit. (V. etiam Cereoli emplastici.)

CEREOLI MERCURIALES Vogt.

Rec. Cerae flav., Empl. albi cocti, Resin. Pini āā Unc. duas. Ex leni calore mixtis conformentur l. a. Cereoli et obducantur Ungt. mercurial. ciner. just. quantitate.

**CEREOLI MITIGANTES EXPLORATORII seu MEDICATI, sive resolventes Goulardi, Cereoli albi, plumbici seu saturnini, sive Acetatis Plumbi, Cereoli seu Cerei communes sive medicati, Candelae chirurgicae seu exploratoriae, saturninae sive resolventes. Beſänftigende Kerzen oder Bleikerzen.** *Bougies mitigantes* ou *saturnines.*

Rec. Cerae flav. Unc. sex. Liquatis admisce assidue agitando Acet. Saturni Drachm. duas. Fiant cum telis linteis tenuibus Cereoli, uti Cereoli exploratorii.

Plurimarum Pharmacopoearum formula cum hac congruit. — Disp. Brunsvic. ad Libr. semis Cerae Unc. semis Aceti Saturn sumi jubet. — Sec. Richard tres sunt hujusmodi Cereol. species, quarum prima $^1/_{32}$, secunda $^1/_8$, et tertia $^1/_4$ Extracti Saturni continet. — Goulard ad primam $^1/_{24}$, ad secundam $^1/_6$, ad tertiam $^1/_3$ sumi jubet. — Ph. Slesvico-Holsatica et Suecica Cerae flav. Libr. unam, Sperm. Ceti Drachm. tres et Acet. Saturni Drachm. duas sumi praescribunt. — Vogt Cerae flav. Unc. quatuor cum Empl. Diachyl. simpl. Unc. duabus et Aceti Saturni Drachm. duabus misceri suadet. — Van Mons ad Cereolos saturninos Massae ad Cereolos simplices Part. octo cum Cerussae Part. una misceri proponit.

CEREOLI RESOLVENTES Goulardi v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI SATURNI seu PLUMBI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI SIMPLICES v. Cereoli exploratorii.

CEREOLI TEREBINTHINAE sec. Van Mons. Terpentinhaltige Kerzen. *Bougies térébenthineuses.*

Rec. Terebinth. coct. Part. unam, Empl. simpl. Part. quatuor, Cerae alb. Part. octo. Liquatis et optime mixtis immergantur lintea cet. et formentur l. a. Cereoli. (V. etiam Cereoli exploratorii.)

CEREOLI seu CANDELAE AD VERRUCAS Ph. August. fiunt intingendo Ellychnia in Cerae Libr. una et Terebinth. Venet. Unc. una, simul liquatis et formando inde Cereolos justae crassitiei.

CEREVISIA ABSINTHII sec. Van Mons. Wermuthbier. *Bière* ou *Brutolé d'Absinthe.*

Rec. Faecul. viridis Absinth. Part. unam, Cerevis. flav. fort. Part. sexaginta quatuor. Post macerationem frigidam per aliquot dies, cola et serva in vasis optime obturatis loco frigido umbroso.

CEREVISIA ADSTRINGENS seu quercina Van Mons et Swediaur. — Paratur Glandes Quercus decorticatas et minutim incisas cum sedecim Cerevisiae fortis Partibus in balneo Mariae per aliquot horas digerendo et filtrando. Servetur uti praecedens.

CEREVISIA AMARA. Bitterbier. *Bière* ou *Brutolé amère* Cadet.

Rec. Turionum Pini Unc. unam, Hb. Absinth. Drachm. sex, Rad. Gentian. Unc. semis, Cerevis. Libr. decem. Macera per 3 dies et filtra. — Lewis Rad. Gentian., Cort. Aurant. āā Unc. quatuor, Piper. long. Unc. unam et Cerevis. Pintas octo praescribit.

CEREVISIA AMARA AROMATICA Fulleri.

Rec. Herb. Absinth. Man. quatuor, Rad. Calam. arom. Unc. unam semis, Zedoar. Unc. unam, Angelic., Enul., Zinziber., Galang., Cort. Chinae, Cinnam., Sem. Carvi et Coriandr. āā Unc. semis, Pip. longi, Cubeb., Cardam., Caryoph., Macid. et Nuc. Moschat. āā Drachm. duas. M., f. sacculus, qui immergatur in Cerevisiae Mens. octo.

CEREVISIA ANTIHYDROPICA seu ad Hydropem Van Mons. Bier gegen Waſſerſucht. *Bière antihydropique.*

Rec. Rad. Jalapp. Unc. semis, Calami, Enulae, Bacc. Lauri, Junip., Cort. Aurant. āā Unc. unam, Rad. Bryon., Rub. tinct., Sem. Dauc. silv. āā Unc. unam semis, Hb. Absinth. Manip. duos, Cerevis. fort. Unc. centum et viginti octo. Macera per aliquot dies, tunc decantha et admisce residuo denuo Cerevisiae Unc. sexaginta quatuor et post suff. macerationem cola, et serva liquores claros commixtos in vasis bene clausis, loco frigido, inverse positis.

CEREVISIA ANTIICTERICA Van Mons. Bier gegen Seitenſtechen. *Bière antictérique.*

Rec. Rad. Curcum., Rhabarb. āā Unc. semis, Cort. Aurant., Fol. Senn. āā Drachm. sex, Sem. Dauc. silv. Unc. unam, Hb. Absinth., Marrub.,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0193-7
DFG

Flor. Centaur. min. āā Manip. semis, Cerevis. fort. Unc. sexaginta quatuor. Macera per aliquot dies in Cerevisiae Octantibus septem, cola et ablue residuum reliqua Cerevisia. Colaturas commixtas serva uti praecedentis.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA, Turionum Pini seu Pini composita sive Cochleariae Ph. Gallicae. Bier gegen Scorbut. *Sapinette.*

Rec. Turion. Pini sicc., Hb. rec. Cochlear. āā Unc. unam, Rad. Armorac. rec. minut. conc. Unc. duas, Cerevis. rec. Libr. quatuor. Macera per 2 dies et filtra. — Augustini formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Unc. unam semis Cochleariae et Turionum Pini loco, Turiones Abietis sumi jubet. — Taddei formula fere eadem est. — Mayri formula cum prima congruit, Herbam Cochleariae autem omittit. — Ph. castrens. Ruthena Rad. Armorac. rec., Sem. Sinap. nigr., Extr. Turion. Pini āā Libr. duas, Syr. Holland. Libr. quatuor, Cerevis. tenuis vel Infusi aut Decocti Malti Hordei Libr. centum et viginti digeri per dies 4 vel 6 praescribit, ut fiat fermentatio, tunc colari.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA Van Mons.

Rec. Hb. rec. Cochlear., Nasturt. aquat. et Salv. āā Part. unam, Sem. Sinap. nigr., Rad. Raphan. āā Part. dimidiam, Aurant. Nro. tria, Cerevis. luteae fort. Part. sexaginta quatuor. Misce, macera per aliquot dies, cola et serva sollicite. (V. etiam Cerevisia Armoraciae.)

CEREVISIA ANTISCORBUTICA seu Decoctum Sedi acris Ph. Batav.

Rec. Sedi acris rec. Man. octo, Cerevis. Libr. octo. Coque ad dimidiam, tunc cola.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA Sydenhami.

Rec. Rad. Armorac. rec. inc. Drachm. duas, Hb. Cochlear. hort. Nro. duodecim, Passul. enucleat. Nro. sex, Aurant. cum toto inc. Dimidium. Immitte in lagenam vitream Libr. duabus Cerevis. tenuis repletam et post aliquot dies macerationis exhauri. (V. etiam Cerevisia scorbutica et Spiritus Cochleariae compositus).

CEREVISIA ANTISPASMODICA Van Mons.

Rec. Rad. Valer. Part. quinque, Hb. Anthos et Salviae āā Part. unam cum dimidia, Rad. Serpent. Virgin. Part. unam, Cerevis. flav. fort. Part. centum et viginti octo. Conc. macera per 8—10 dies, tunc cola.

CEREVISIA APERIENS Fulleri. Eröffnendes Bier. *Bière aperiente.*

Rec. Rad. 5 aperient., Hb. Plantag., Filic., Rad. Liquir. āā Unc. duas, Hb. Scolopendr., Hepatic., Heder. terrestr., Summit. Tamarisci āā Man. duos, Bacc. Junip., Sem. Anisi āā Unc. duas, Passul. min. Libr. semis. M., f. sacculus et immerge in Cerevisiae Mens. octo.

CEREVISIA APERIENS seu APERITIVA Saunders et Swediaur.

Rec. Sem. Sinap. nigr. Unc. unam, Rad. Aristoloch. long. Drachm. sex, Hb. Centaur. min. Drachm. duas, Sabin. Drachm. unam, Cerevis. levis Octar. octo. Macera per 4 dies, tunc cola.

CEREVISIA ARMORACIAE seu ANTISCORBUTICA Hufelandi.

Rec. Rad. Armorac. ras. Unc. quinque, Cerevis. Libr. duas. Macera per horas 24 et colaturae adde Syr. comm. Unc. unam. M.

CEREVISIA ARMORACIAE seu antiscorbutica Cadeti cum Cerevisia Buttleri fere congruit.

CEREVISIA AROMATICA Van Mons.

Rec. Cinnam., Rad. Zinzib., Caryoph., Nuc. Moschat. āā Part. unam, Cerevis. flav. et fort. Part. sexaginta quatuor. Macera per aliquot dies, tunc cola.

CEREVISIA DE BACCIS Fulleri.

Rec. Cynosbat. sicc. Libr. semis, Bacc. Junip. Unc. quatuor, Bacc. Hederae, Ilicis, Sem. Cumin., Anisi āā Unc. unam, Hb. Alth., Parietar., Aparines, Consolid. sarac. āā Man. quatuor, Passul. min. Libr. semis. M., f. sacculus, qui suspendatur in Cerevisiae Mens. octo.

CEREVISIA Buttleri, Bate. Buttler's Kräuterbier.

Rec. Hb. Beton., Salviae, Agrimon., Cochlear., Absinth. Rom. āā Man. tres, Rad. Enul., Raphan. rust. āā Unc. quatuor. M., f. sacculus in Cerevisiae non lupulatae Congiis quatuor suspendendus.

CEREVISIA CATAPSORAS Bate.

Rec. Fol. Senn. Unc. sex, Rad. Mechoac. Unc. tres, Liquir. Unc. unam semis, Sem. Carvi Unc. unam, Rad. Lapath. acut. Libr. unam semis, Rub. tinct., Polypod. āā Libr. semis, Herb. Scabios., Agrimon. āā Man. tres, Antim. crud. gross. pulv. Libr. unam. M., f. sacculus pro Congiis quinque ad sex Cerevisiae.

CEREVISIA CEPHALICA Cadet, Lewis.

Rec. Rad. Valer. Unc. decem, Sem. Sinap. Unc. sex, Hb. Salv. et Anthos āā Unc. tres, Rad. Serpent. Virg. Unc. duas, Cerevis. Octar. quadraginta. Post aliquot dierum macerationem cola. — Cerevisia cephalica Saunders cum Cerevisia antiscorbutica Van Mons congruit.

CEREVISIA CHALYBEATA Fulleri.

Rec. Limat. Chalyb. Libr. unam, Tart. alb. pulv. Unc. quatuor. M. et irrora cum Succo Limon., stent per 12 horas, tunc immitte in sacculum, qui in Cerevis. Mens. octo immergatur.

CEREVISIA CHINAE sec. Dr. Sachs. — Paratur macerando Cort. Chin. reg. Drachm. unam. in Cerevis. rec. adhuc fermentantis circiter Unc. sedecim, donec fermentare cessaverit, et addendo liquori colato claro pauxillum Syr. Aurant. et Cinnamomi.

CEREVISIA CHINAE ANTICHOLERICA.

Rec. Pulv. Cort. Chin. Part. unam, Cerevis. amar. Part. viginti quatuor. Macera per dies aliquot et cola. — Alia formula: Rec. Cerevis. amar. Libr. quinquaginta, Sacch. alb. Libr. quatuor, Cort. Chin. flav. Unc. quatuor, Chin.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0194-3
DFG

gris., Chin. rubr. āā Unc. duas, Cinnam. Drachm. duas, Nuc. Moschat. Nro. unam.

CEREVISIA CHINAE seu de Kina Kina SIMPLEX Ph. Gallicae et Van Mons.
Rec. Cort. Chin. gris. Unc. unam, Cerevis. Libr. duas. Macera per biduum, cola et serva.

CEREVISIA COCHLEARIAE v. Cerevisia antiscorbutica.

CEREVISIA COLOCYNTHIDIS seu PURGANS Hufelandi sec. Augustin.
Rec. Pulp. Colocynth. Drachm. duas. Coque cum Cerevis. Libr. duabus ad unam.

CEREVISIA DE DAUCO Fulleri. Möhrenkümmel-Bier. *Bière de Carotte de Crète.*
Rec. Sem. Dauci Cret. Unc. sex, Passul. min. Unc. duodecim. M. ad sacculum, qui suspendatur in Cerevis. Mens. octo.

CEREVISIA DIURETICA Cadet, Lewis.
Rec. Cerevisiae, Ale quae dicitur, Octar. quadraginta, Sem. Sinap., Bacc. Junip., Sem. Dauci āā Libr. semis. Post aliquot dierum macerationem cola. — Saunders Sem. Sinap., Bacc. Junip. āā Unc. unam, Sem. Dauci Drachm. tres, Hb. Absinth. Drachm. duas et Cerevis. Octar. octo praescribit. — Lewis formula cum hac congruit. — Van Mons Sem. Dauc. silv. Part. unam, Sem. Sinap. et Bacc. Junip. āā Part. duas, et Cerevis. Part. sexaginta quatuor praescribit. — Alia formula: Rec. Rad. Armorac., Sem. Sinap. āā Unc. unam, Bacc. Junip., Ciner. clavell. dep. āā Drachm. sex, Cerevis. fort. Libr. sex. Macera per 4 dies et cola. — Monroi formula cum hac congruit.

CEREVISIA DIURETICA Fulleri.
Rec. Sem. Sinap. in toto Unc. quatuor. Immitte in lagenam vitream Cerevis. Anglic. Libr. duas continentem et post 3 dierum macerationem decantha. Semen remanens iterum Cerevisia nova infundi potest, donec exhaustum sit.

CEREVISIA AD HYDROPEM v. Cerevisia antihydropica.

CEREVISIA HYDROPICA Bate.
Rec. Herb. Marrub. alb., Scolopendr., Hepat. stellat., Absinth. vulg., Acetosae āā Man. unum. Incide et in Farina hordeacea obvolve, deinde coque in clibano. Tum pastae cum herbis in frusta fractae adde Sal. Absinth. Drachm. duas. Suspendantur in sacculo in Cerevis. rec. Cong. quatuor.

CEREVISIA HYDROPICA Fulleri.
Rec. Ciner. Genist. Libr. semis, Rad. Armorac. Unc. quatuor, Rad. Irid., Calam., Enul. āā Unc. duas, Lign. Guajac., Sassafr., Bacc. Junip., Sem. Dauci āā Unc. unam, Sem. Sinap. Unc. duas. M., f. sacculus, qui Cerevis. Mens. quatuor immergatur.

CEREVISIA JUNIPERINA Fulleri.
Rec. Bacc. Junip. cont. Unc. quatuor, Passul. min. Libr. semis. Misce et immitte in sacculum, qui Cerevis. Mens. octo immergatur, donec fermentare cessaverit et Cerevisia limpida appareat. Servetur in lagenis bene clausis.

CEREVISIA MARTIALIS Van Mons.
Rec. Aethiop. mart. Part. unam, Cerevis. fort. Part. centum viginti octo. Digere frigide et filtra.

CEREVISIA PINI COMPOSITA seu Turionum Pini v. Cerevisia antiscorbutica.

CEREVISIA PROPHYLACTICA Cadet et Pierquin.
Rec. Cerevis. Octar. viginti quinque, Sacch. Libr. quatuor, Chin. reg. Unc. quatuor, Chin. fusc. et rubr. āā Unc. duas, Cinnam. Drachm. duas, Nuc. Moschat. Nro. duodecim. Post suff. macerationem cola. — Alia formula: Rec. Cerevis. amar. seu Anglic. Libr. sedecim, Rad. Gentian. Unc. quinque, Cort. Citri Unc. tres, Cinnam. Drachm. unam. Post 3 dierum macerationem cola.

CEREVISIA PURGANS Cadet.
Rec. Rad. Jalapp. Drachm. tres, Rhabarb. Drachm. duas, Aloës Succotr. Drachm. semis, Cerevis. vel Hydromell. Libr. duas. Macera per 2 dies et filtra. — Pierquin Rad. Jalapp. et Rhabarb. āā Drachm. duas et Cerevis. Octar. unum praescribit. — Alia Cadeti formula: Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Summit. Centaur. min., Absinth. āā Unc. unam semis, Aloës Succotr. Drachm. duas, Cerevis. Anglic. (Ale quae nomin.) Octar. viginti. Post suff. macerationem cola.

CEREVISIA PURGATIVA Sydenhami.
Rec. Rad. Polypod. Libr. unam, Rhabarb. Monach., Fol. Senn., Uvar. Passar. āā Libr. semis, Hb. Cochlear., Salviae āā Manip. quatuor, Rad. Rhei et Raphan. āā Unc. tres, Aurantia Nro. quatuor, Cerevis. (Ale quae nomin.) Octar. quadraginta quinque. Macera et et cola. (V. etiam Spiritus.)

CEREVISIA PURGANS seu purgativa Van Mons.
Rec. Rad. Rhei Part. quatuor, Sem. Coriandr. Part. unam, Rad. Rhapont., Fol. Senn. āā Part. quatuor, Rad. Polypod. Part. octo, Cerevis. flav. fort. Part. ducentas quinquaginta sex. Macera per aliquot dies et cola. (V. etiam Cerevisia Colocynthidis.)

CEREVISIA QUERCINA v. Cerevisia adstringens.

CEREVISIA SCORBUTICA Bate.
Rec. Hb. Cochlear. marin. parum siccat. Libr. unam, Rad. Sassaparill. Unc. quatuor, Lign. Sassafr. Unc. unam, Hb. Nasturt. aq., Beccabung. āā Man. tres, Salv. rubr. Man. duos, Caryoph. Drachm. tres, Nuc. Moschat. Drachm. sex. Conc. impone Cerevis. rec. Cong. quinque cum frustulis Chalybis Drachm. sex in fundo sacculi.

CEREVISIA SCORBUTICA EXTEMPORANEA Fulleri.
Rec. Cerevis. commun. Libr. duas, Spir. Cochlear. Drachm. duas, Bacc. Junip. Drachm. unam, Sem. Foenic. et Rad. Liquir. āā Drachm. semis, Passul. min. Drachm. duas. M., serva in lagena vitrea. Addi praeterea possunt Rad. Armorac. Scrup. duo et Cort. Chin. Scrup. quatuor. (V. etiam Cerevisia antiscorbutica.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0195-9
DFG

CEREVISIA AD SCORBUTICOS Lewis.
Rec. Rad. Armorac. rec. Libr. unam, Lapath. acut. Libr. semis, Canell. alb. Unc. duas, Hb. Trifol. fibr. rec. Unc. octo, vel sicc. Unc. tres, Cerevis. rec. tenuis Cong. decem. Macera suff. tempore et cola.

CEREVISIA AD SCROPHULOS Fulleri.
Rec. Lign. Sanct., Sassafr., Jugland., Rad. Lapath. acut., Saxifrag., Cynogloss. āā Unc. duas, Hb. Geran. Rob., Urtic. mort. āā Man. quatuor, Passul. min. Libr. unam, Milleped. vivent. Schopinum semis. M., detur in sacculum, qui suspendatur in Cerevis. Mens. octo.

CEREVISIA SINAPISATA ANTICHOLERICA seu Cerevisia stimulans Swediaur.
Rec. Pulv. Sem. Sinap. Drachm. sex, Rad. Valer. conc. Unc. unam, Serpent. Virg. Drachm. tres, Herb. Anthos Unc. semis, Cerevis. amar. Libr. octo. Macera sine calore per 2 dies et cola.

CEREVISIA STOMACHICA Cadeti cum Cerevisia prophylactica secundae formulae congruit.

CEREVISIA E TURIONIBUS PINI ALBA sec. Rennie et Gray.
Rec. Aquae Cong. decem, Sacch. Libr. sex, Essent. Pini Unc. quatuor, Ferment. q. s. Stent in fermentatione, donec in liquorem vinosum mutata sint. — Cerevisia e Turionibus Pini fusca (Spruce Beer) pari modo paratur, nisi quod Sacchari loco Melasses sumuntur.

CEREVISIA VERNALIS Bate.
Rec. Fol. Senn. Unc. quinque, Rad. Polypodii querni Unc. sex, Rhabarb. Monach., Lapathi acuti āā Unc. quinque, Passul. min. Libr. unam, Rad. Liquir., Sem. Foenic. āā Unc. unam semis, Lign. Sassafr. Unc. duas, Hb. Salv. rubr., Agrimon., Nasturt. aquat., Cochlear. marin. āā Man. duos. M., f. sacculus pro Cerevisiae Congiis quinque. (V. etiam Cerevisia Catapsoras et purgans.)
Alias formulas vetustiores ad Cerevisias medicatas praetereamus.

CEROMEL. Wachshonig. *Céromel.*
Rec. Cerae flav. Part. unam. Liqua, et si spissescere incipiat, admisce sensim, sub perpetua agitatione, Mell. albi parum calefacti Part. quatuor. (V. etiam Ceratum defensivum p. 165. et Mellis p. 166.)

CERONEUM. *Ciroine.* sec. Formules de Paris.
Rec. Picis nigr. Unc. decem, Cerae flav. Unc. duodecim, Resin. flav. Libr. duas semis, Sevi Unc. quatuor, Myrrh. pulv., Oliban. pulv., Minii pulv. āā Unc. duas. M. exactissime l. a. ad Emplastrum.

CERUSSA ACETATA v. Saccharum Saturni.

CERUSSA ANTIMONII cum Antimonio diaphoretico abluto (p. 35.) congruit. — Olim praecipue detonatione Reguli Antimonii cum Triplo Nitri parabatur.

CERUSSA MARTIS Bate.
Paratur ex Regulo Antimonii martiali, omnino ut Cerussa Antimonii. Paratur etiam cum novies tanto Nitri. — Est Antimonium diaphoreticum particulas martiales continens.

CERUSSA NIGRA = Graphites.

**CERUSSA PRAEPARATA** seu Cerussae Laevigatio. Präparirtes Bleiweiß. *Cerusse préparée.* — Paratur uti Bolus Armena praeparata. (De proprietatibus et usu v. I. p. 31.)

CHALCANTHUM ALBUM v. Vitriolum album.

CHALCANTHUM RUBEFACTUM Bate. — Fit calcinando Vitriolum viride ad rubedinem. (Conf. Colcothar Vitrioli.)

CHALCITIS. — Hoc nomine Vitriolum Martis intelligitur leni igne calcinatum, donec aquam perdidit, et colorem albidum vel flavescente-cinerascentem assumserit. — Ad Theriacae compositionem requiritur.

CHALYBIS RUBIGO cum Rubigine Ferri congruit.

CHALYBS PRAEPARATUS v. Aethiops martialis et Limatura Martis alcoholisata. — Hoc nomine etiam Rubigo Ferri intelligitur (v. sequens.)

CHALYBS PRAEPARATUS EX ACETO.
Rec. Limat. Chalybis q. v. Affunde in vase lato aperto Aceti acerrimi tantum, ut tota madeat in eo; stent loco calido tamdiu, donec Acetum ad siccitatem absumtum, postea pulverisetur et sic septies reiteretur. Postremo molatur supra porphyritem et servetur usui. — Est Rubigo Ferri et cum Croco Martis aperitivo congruit, medicorum attentione utique dignus.

CHALYBS SACCHARATUS Disp. Edinb. sec. Trillerum cum Confectione Limaturae Martis congruit.

CHALYBS SINE ACIDO Bate. — Paratur humectando Chalybem decies Sale Absinthii in Aq. Cichorii soluto et siccando in aëre sicco ac tepido. Postea f. pulvis subtilissimus.

CHALYBS SULPHURE PRAEPARATUS v. Ferrum sulphuratum.

CHALYBS TARTARISATUS v. Globuli martiales et Mars solubilis.

CHARTA ALUMINATA. Thonseifen-Papier. — Paratur immergendo Chartam bene collatam in Solutionem Saponis aquosam calidam, tunc statim in solutionem Aluminis calidam, et siccando. — Uti Charta cerata adhiberi potest.

CHARTA ANTIRHEUMATICA seu antarthritica Cerutti. — Fit illinando Chartam cum massa ex Pice navali, burgundica, liquida, Cera et Terebinthina.

CHARTA AD CAUTERIUM seu cerata Ph. Gallicae. *Papier à Cautères* ou *ciré.*
Rec. Cerae alb. et Terebinth. pur. āā Part. tres, Sperm. Ceti Part. duas. Liquefiant in balneo Mariae et spathula vel alio instrumento ad id aptiori extendantur super chartulas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0196-5 DFG

**CHARTA CERATA COMMUNIS.** Wachspapier. *Papier ciré.* — Paratur impraegnando Chartam albam collatam supra laminam metallicam tepidam extensam. Cera flava fricanda et Spongiae ope ubique extendenda, ita ut aequaliter penetrata et obducta sit.

**CHARTA EXPLORATORIA COERULEA** seu **Laccae musicae.** Blaues Lakmuspapier. *Papier exploratoire bleu.* — Paratur illinendo segmenta Chartae albissimae expansa Tinctura Laccae coeruleae, quae, aëre umbroso siccatae, in vasis bene clausis asservandae.

**CHARTA EXPLORATORIA LUTEA RHABARBARINA.** Gelbes Rhabarbarpapier. *Papier exploratoire jaune, de Rhubarbe.* — Pari modo cum Infuso Rhabarbari spirituoso et Charta alba paratur. — Melius et plus sensibilis fit, si Charta Solutione spirituosa Rhabarbarini impraegnatur.

CHARTA EXPLORATORIA LUTEA seu CURCUMAE. Gelbes Kurkumapapier. *Papier exploratoire jaune de Curcuma.* — Simili modo ex Tinctura spirituosa Curcumae obtinetur.

**CHARTA EXPLORATORIA** seu **Laccae musicae RUBEFACTA.** Geröthetes Lakmuspapier. *Papier exploratoire rouge.*—Obtinetur inficiendo Chartam exploratoriam coeruleam Acido Salis valde diluto rubro colore et siccando.

CHARTA EXPLORATORIA RUBRA seu Ligni Fernambuci. Rothes Probepapier mit Fernambuk. *Papier rouge de Fernambouc.* — Tincturae Ligni Fernambuci ope paratur.

CHARTA VESICANS Goldefy Dorly. Blasenziehendes Papier. *Papier vesicatoire* ou *epispastique.*

Rec. Axung. Porc. rec. Unc. quatuor, Cerae alb. Aq bullient. lotae Drachm. sex, Sperm. Ceti Unc. semis. Liquefiant leni igne et addantur Resinae viridis Mezerei (seu Gnidii) Gran. viginti quatuor. Hujus Unguenti parumper calidi stratum unum supra chartam serpentinam extende et chartam igni appropingua, ut imbibatur; eodem modo duo alia strata extende, supremo chartam celeriter igni praetervehendo, ut superficie solum liquata splendorem recipiat, qui faciem cuti applicandum indicat.— Charta vesicans Nro. 2. duodevingiti tantummodo Grana Resinae Mezerei in Unguento supra descripto continet.

CHELAE CANCRORUM PRAEPARATAE. Präparirte Krebsscheeren. *Pinces d'Ecrivisses préparées.* — Ex Chelarum Apicibus uti Oculi Cancrorum praeparati parantur.

CHELSEA PENSIONER Gray et Rennie.

Rec. Res. Guajac. nat. Drachm. unam, Rad. Rhei opt. Drachm. duas, Tartar. dep. Unc. unam, Sulphur. dep. Unc. (unam ad) duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam semis, Mell. crud. Libr. unam. M., f. Electuarium.

Chenevix's ANTIMON POWDRE v. Pulvis antimonialis Chenevixi.

**CHINIUM, CHININUM** seu **Chinium purum, Quinium** seu **Quininum.** Reines Chinin, Quinin oder Kinin. *Kinine, Chinine* ou *Quinine pure.*

Rec. Chinii sulphurici quantum vis. Solve in sufficiente quantitate Aquae bullientis, tunc adde Spiritum Sal. Ammon. caust. in excessu. Filtra celeriter et refrigescat liquor lente; post refrigerationem decanthetur a crystallis et evaporetur denuo, addito Spiritu Sal. Ammon. caust., ut crystallos demittat, quae, collectae et aqua frigida ablutae, aëre sicco exsiccentur. In Spiritu quoque Vini rectificatissimo leni calore solvi potest Chinium praecipitatum purum, admiscenda sensim Aqua, donec liquor valde lactescit, et exponendo aëri per aliquot dies, ut Chinium praecipitatum resinosum in crystallos abeat. — Crystallos exhibet tenuissimas, sericeas seu prismata hexagonalia alba, *aëre tepido in pulverem album fatiscentia.* (*Chinium praecipitatum, non penitus purum, massam poroso-pulverulentam sordide albam exhibet*), sapore est peramaro; leni calore liquefit et refrigeratum massam quasi resinosam subflavescentem exhibet, calore auctiore partim sublimatur, partim destruitur; aëre cum flamma comburitur et carbonem spongiosum, difficilem combustu, relinquit. — *Part. const.:* Carbonei 20, Hydrogenii 24, Oxygenii 2 et Azoti 2 Pond. Mixt., Chinium hydratum adhuc 1 Pond. Mixt. Aquae continet. — Difficile solvitur in Aqua, temperatura ordinaria 400 et temperatura 80° R. 250 Partes requirit; solutio alcalium modo reagit, facillime solutu in spiritu vini, solvitur etiam in naphtha vitrioli. — Cum acidis salia format partim neutralia, plus minus solubilia in aqua et spiritu vini, sapore amarissimo. Ex solutionibus aquosis alcalium anorganicorum ope chinium in floccis caseosis praecipitatur, tincturae gallarum ope solutiones (uti et solutio chinii aquosa) valde praecipitantur, et tincturae iodi ope colore fusco turbantur. — *Vis:* tonica, nervina, febrifuga. — *Usus:* In pulvere. — Sit Chinium supra ut bonae notae descriptum, album, leve, facile et penitus solutu in spiritu vini, uti et in naphtha, facillimum solutu etiam in spiritu vitrioli in excessu; ignitum lente quidem sed penitus comburatur et ne vestigium quidem cineris relinquat. (V. porro Chinium sulphuricum.)

CHINIUM seu CHININUM ACETICUM, Acetas Chinii. Essigsaures Chinin. *Acetate de Kinine* ou *Quinine, Quinine acetique.* — Obtinetur saturando Chinium cum Aceto concentrato, Aqua diluto, et evaporando solutionem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0197-1

neutram lenissimo calore ad crystallisationem.— Crystallos exhibet tenerrimas, aciculares, niveas, sericeas, sapore peramaro; difficiles solutu in aqua frigida, faciles autem in aqua calida. (De ceteris proprietatibus universalibus v. Chinium.) — *Vis* et *Usus* Chinii.

CHINIUM CHINICUM, Chinas Chinii seu chinicus. Chinaſaures Chinin. *Quinine kinique, Kinate de Kinine* ou *Quinine.* — Simili modo atque praecedens paratur, saturando solutionem aquosam Acidi chinici cum Chinio puro et evaporando liquorem clarum lenissimo calore ad syrupi tenuis spissitudinem, et exponendo aëri sicco temperatura ordinaria per aliquot dies, ut in crystallos coalescat. — Crustas exhibet mamellatas, ex aciculis minutis constantes, colore albo; aëre tempore opacae et subcorneae fiunt; facile solvitur in aqua uti et in spiritu vini, difficilius in spiritu vini fortiori. (De ceteris proprietatibus conf. Chinium.) — *Vis* et *Usus:* Chinii. Sal hoc nativum in China obveniens, medicorum attentione dignum.

CHINIUM CITRICUM, Citras Chinii seu chinicus. Citronenſaures Chinin. *Citrate de Quinine, Quinine citrique.* — Simili modo ac Chinium aceticum ex solutione aquosa Acidi Citri et Chinii puri, vel decomponendo Solutionem fervidam Chinii sulphurici solutione Natri citrici subacidi obtinetur. — Prismata exhibet acicularia, alba, difficilia solutu in aqua. (De ceteris proprietatibus universalibus conf. Chinium.) — Passim pari modo atque praecedentes tanquam medicamentum adhibetur.

CHINIUM FERRO-CYANICUM, Ferrocyanas Chinii. Eiſenblauſaures Chinin. *Ferro-hydro-cyanate de Quinine.* — Obtinetur decomponendo Chinium sulphuricum solutionis Kali ferro-hydrocyanici (Kali borussici) ope, tractando Sal impurum Spiritu Vini alcoholico tepido et evaporando solutionem claram. — Crystallos exhibet aciculares, confuse textas, virescente-flavescentes, sapore peramaro, acidi borussici simul simili; facile solubiles in in spiritu vini, in aqua non ita; decomponitur aqua calida. — *Vis:* (?) Valde febrifuga censetur et passim adhibetur.

CHINIUM NITRICUM, Nitras Chinii. Salpeterſaures Chinin. *Nitrate de Quinine, Quinine nitrique.* — Ex Acido Nitri et Chinio vel Baryta nitrica et Chinio sulphurico, uti Chinium salitum, obtinetur. — Primum massam liquidam oleosam exhibet; tempore solidescit; cum aqua autem conjunctum structuram crystallinam assumit. Difficile solutu in aqua, facile in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus conf. reliqua salia chinii.)

CHINIUM PHOSPHORICUM, Phosphas Chinii. Phosphorſaures Chinin. *Phosphate de Kinine* ou *Quinine.* — Simili modo ac praecedens obtinetur. — Prismata exhibet acicularia, margaritacea, Chinii saliti similia, facilia solutu in aqua uti et in spiritu vini. — In ceteris proprietatibus et *Vi* cum sequente passim congruit. — Novissimis temporibus pariter tanquam medicamentum adhibetur.

CHINIUM SALITUM seu MURIATICUM sive hydrochloricum, Murias seu Hydrochloras Chinii seu chinicus. Salzſaures Chinin. *Muriate de Kinine* ou *Quinine, Quinine muriatique.* — Obtinetur solvendo Chinium purum in Acido Salis diluto, vel decomponendo Solutionem Chinii sulphurici in Aqua fervida ope Solutionis Terrae ponderosae salitae; quae solutio tamdiu caute admiscetur, quamdiu praecipitatum enascitur album, filtratur miscella fervida, edulcoratur praecipitatum et evaporatur liquor limpidus leni calore ad crystallisationem, quamdiu crystalli inter refrigerationem deponuntur, quae collectae, lotione cum aqua frigida, solutione in aqua bulliente, et iterata crystallisatione depurandae. — Prismata exhibet tenuia, acicularia, alba, sericeo-margaritacea, minus levia, quam Chinium sulphuricum, sapore peramaro; non facile solutu in aqua, facilius autem quam Chinium sulphuricum, quacum etiam in ceteris proprietatibus et *Vi* congruit et pari modo adhibetur. (De puritatis investigatione v. sequens.) Solutio argenti nitrici docebit, si Chinium muriaticum verum, et solutio terrae ponderosae salitae, si Chinio sulphurico manganisatum.

## CHINIUM SULPHURICUM. Schwefelſaures Chinin. *Kinine sulphurique.*

*Synon.:* Chinium subsulphuricum seu basicum (neutrum) Quinium seu Quininum sulphuricum, Sulphas chinicus seu quinicus. Schwefelſaures Kinin, Chininſulphat. *Sulphate de Kinine* ou *Quinine.*

Rec. Chinae regiae pulveratae,
Aquae frigidae āā Libras decem,
Acidi Salis Uncias quatuor.

Misceatur Acidum cum Aqua et humectetur China cum hac miscella, seponatur per aliquot dies et pulvis humidus saepius moveatur, tunc immittatur in prelum Realianum cum forti pressione, et extrahatur Aqua calida quinquagesima Acidi Salis Parte acidulata, donec liquor stillans sapore amaro fere careat. (Extrahi etiam potest China simili modo iterata digestione cum quintuplo Aquae,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0198-7
DFG

quinquagesima Acidi Salis Parte acidulatae.) Evaporetur liquor in balneo Mariae ad viginti circiter Libras, seponatur in aëre per aliquot dies, filtretur et admisceantur liquori claro semper agitando

Calcis recenter extinctae Unciae decem,

antea sufficiente Aquae quantitate in pultem tenuem redactae, vel quantum requiritur, ad perfectam Chinii praecipitationem. Seponatur praecipitatum et exprimatur, humectetur iterum aqua frigida et exprimatur fortiter, tunc admisceantur

Spiritus Vini rectificatissimi Librae sex.

Digerantur leni calore, filtretur et lavetur residuum insolutum sufficiente quantitate Spiritus Vini rectificatissimi. A solutione limpida abstrahatur Spiritus in balneo Mariae, et post refrigerationem lavetur Chinium impurum pauxillo Aquae frigidae, tunc calefiat cum

Aquae Libris octo

et admisceatur sensim

Spiritus Vitrioli quantum satis ad solutionem, caveatur autem excessus, et si solutio nimis colorata, adjiciantur

Pulveris Carbonum animalium depurati Unciae duae,

vel quantum sufficit ad decolorandam solutionem, quae per breve tempus coquenda, et adhuc fervens celeriter filtranda. Inter refrigerationem Chinium sulphuricum in crystallos coalescit; reliqua solutio a crystallis decanthatur et evaporatur, quamdiu crystallos deponit, quae, si necesse, iterata tractatione carbonum animalium et crystallisatione depurandae, aëre in umbra siccandae et in vasis clausis loco umbroso asservandae. (Si majorem Chinae quantitatem ad parandum Chinium tractare vis, hac quoque methodo agere potes: China regia tractatur primum, uti memoratum, Acidi Salis loco Oleum Vitrioli, Aqua dilutum, sumendo. Solutioni clarae concentratae acidae post aliquot dies tamdiu Sal Sodae crystallisatum et pulveratum sub perpetua agitatione admiscetur, quamdiu liquor inde turbatur et praecipitatum enascitur floccosum, quod pressione et lotione pauxillo Aquae frigidae a muria purgandum, in Spiritu Vini rectificatissimo temperatura ordinaria solvendum, carbone animali depurato tractandum, Acido sulphurico saturandum et uti supra praescriptum in Chinium *sulphuricum purum redigendum. Obtinebis majorem Chinii sulphurici* quantitatem, quod autem non tam facile penitus hac methodo depurari potest; priori enim methodo tractatio cum carbonibus, adhibita China bonae notae, plerumque in prima crystallisatione superflua.)—Crystallos exhibet tenuissimas, levissimas, aciculares, niveas, sericeas, subflexibiles, sapore peramaro. Aëre fatiscit et Aquam amittit, leni calore liquefit, calore auctiore autem decomponitur et aëre cum flamma comburitur; soli expositum fuscescit; difficile solutu in aqua, temperatura ordinaria 740 partes requirit et ab aqua ebulliente 30 partes, facile solvitur in spiritu vini, vix in naphtha vitrioli. — ***Part. const.:*** Chinii 2, Acidi sulphurici 1 et Aquae 8 Pond. Mixt. — ***Vis:*** tonica, nervina, febrifuga.

Sit sal albissimum et levissimum, supra ut bonae notae descriptum, inodorum, sapore pure amaro, ignitum penitus comburatur, et cum aqua in pultem tenuem commixtum,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0199-5

addito pauxillo spiritus vitrioli celerrime liquorem limpidum Chinii sulphurici acidi praebeat. Si Chinium in comburendo cinerem relinquit, vel si cum aqua, uti memoratum, mixtum, addito spiritu vitrioli non penitus solvitur, rejiciatur; porro si Oleo Vitrioli madefactum temperatura ordinaria colorem rubrum assumit, pariter ut Salicino adulteratum, removendum.

*Usus:* In pulvere saccharo tritum, in bolis, pilulis cet.; si mixturis admiscere vis, acidum quoddam, e. g. salis vel sulphuricum addere debes, ut facilius solvatur.

CHINOIDINUM. Chinoidin. *Chinoidine.* — Hoc nomine intelligitur massa quaedam, quae in paratione Chinii sulphurici obtinetur. — Muria (die Mutterlauge) Chinii sulphurici, quae evaporando non amplius Chinium sulphuricum crystallisatum praebet, diluitur aqua; quamdiu praecipitatum nigrum resinosum secernitur; tunc filtratur et liquori claro admiscetur tamdiu Solutio Cinerum clavellat. depurat. vel Salis Sodae, quamdiu praecipitatum enascitur, quod in aqua frigida bene abluitur, in balneo Mariae penitus exsiccatur et in cistulas effunditur. — Obtinetur etiam in parando Cinchonio (p. 188.), si muria non crystallisabilis Acido sulphurico saturatur et Chinium sulphuricum forsitan inde depositum separatur, et liquor restans, uti modo memoratum, tractatur. — Massa fusca, resinosa, nitens, subdiaphana, Colophonio similis, fragilis et friabilis, triturando pulverem sordide fusco-flavum praebens, sapore peramaro Chinii; insolubilis fere in aqua, facilis solutu in spiritu vini, in naphtha vitrioli non ita, aut partim solummodo, alcalium modo reagit et facile solvitur in aqua, acido sulphurico cet. acidulata; combinationes amarissimas cum acidis praebet, facultate crystallos formandi carentes. Ceterum cum Chinio et partim cum Cinchonio congruit. — Miscella est Chinii et Cinchonii cum materiis resinosis fusco-coloratis. — *Vis:* Chinii et Cinchonii, semper autem minus certa. — *Usus:* Idem. — Sit massa supra ut bonae notae descripta, arida non glutinans et aëre humorem non attrahens, insolubilis in aqua frigida, penitus autem in aqua acidulata, igne penitus comburatur et minime cineres relinquat. Productum utique impurum et inaequale, non nisi restricte adhibendum.

CHLORAS v. quaeque nomina Basium.

CHLORETUM seu CHLORURETUM et CHLORIDUM v. quaeque nomina Basium vel nomina antiqua usitatiora.

† CHLORUM, Chlorinum seu Chlorina, Gas Chlori, Halogenium, Murigenium, Aër oxymuriaticus. (De ceteris synonymis v. Aqua Chlori [p. 57.]).

Obtinetur introducendo Gas Chlori, quod elicitur, uti ad Aquam Chlori edoctum est, mediante tubulo pneumatico, in lagenas vitreas obscure virides, Aqua fervida repletas, donec aqua expulsa sit. Obturantur lagenae et servantur loco frigido obscuro. — Aër pallide flavus, subvirescens, odore penetrante suffocante; pond. spec. 2,5, aër atmosphaericus = 1 positus; igne non crematur, contra cum variis corporibus inter apparentem ignem sese conjungit. — *Pond. Mixt.* 221,325. — Et cum Oxygenio et cum Hydrogenio acida propria format. — *Vis:* valde damnosa. Per se non inhalari potest, in parva jam dosi tussim vehementissimam et facile haemoptysin cet. efficiens. (De ceteris proprietatibus v. Aqua Chlori p. 58.) — *Usus:* Ad miasmata destruenda. (V. etiam Fumigationes Gaubianae, Guito-Morvianae, Stahlianae, Aqua Chlori et Calcaria chlorosa p. 144.) In statu dilutissimo cum aëre atmosphaerico et aquae vaporibus mixtus brevi tempore caute inhalatus etiam phthisicis prodesse fertur.

CHLORUM LIQUIDUM v. Aqua Chlori.

CHOCOLADA, CHOCOLATA seu Succolata alba Pierquin. Weiße Chocolade. *Chocolade blanche.*

Rec. Pastae cacaotinae Unc. quatuor, Rad. Salep. subt. pulv. Unc sex, Aquae Unc. octo. Coque exiguo igne per semihoram et adde Sacch. alb. Unc. quatuor, Farin. albae q. s. Fiant tabellae pond. Semiunciae, quae siccentur.

CHOCOLADA ANTIVENEREA.

Rec. Mercur. subl. corrosivi Gran. sedecim. Solve in s. q. Spiritus Frumenti et adde Bals. Peruv. liquidi Unc. semis, Pastae cacaot. Unc. quatuordecim, Sacch. alb. pulv. Unc. duas. Mollescant leni calore sub perpetua agitatione et dividatur quaeque Libra in Part. triginta duas. — Dosis Portio quarta ad duas. — Medicamentum mox alterans non probandum.

## CHOCOLADA seu SUCCOLATA AROMATICA. Gewürzchocolade. *Chocolade aromatique.*

Rec. Pastae cacaotinae et Sacchari albi pulv. $\bar{aa}$ Libr. duas. Tritura in aheno ferreo amplo modice calefacto pistillo ferreo vel lapideo durissimo, donec intime mixta sint, et massam pultiformem subtilissimam exhibeant, tunc adde Pulv. subtiliss. Cinnamomi Unc. semis, Caryophyll. Drachm. duas. Omnibus bene mixtis massa in formas confectas ex laminis ferreis, stanno obductis, purissimas, librae ope, pondere definito dividatur et formae statim concutiantur, donec Chocolada superficiem planam acceperit; refrigerata eximatur et charta obvoluta servetur. — Sit massa homogenea, minime glareosa, odore grate aromatico uti et sapore. — *Usus:* Pro potu ordinatur diaetetico.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0200-1
DFG

**CHOCOLADA AROMATICA CUM VANIGLIA** v. Chocolada cum Vanilla.

**CHOCOLADA EX CASTANEIS** sec. Ph. Batav. — Fit contundendo Castaneas tostas et decorticatas Nro. decem ad duodecim cum pauxillo Lactis, deinde coquendo massam cum Lactis Libra (Nöſſel) una, transmittendo per cribrum et denuo addendo Lactis Libr. unam, postea Cinnamomi et Sacchar. q. l.

**CHOCOLADA CHINAE** seu cum Cortice Peruviano Augustin. Ph. Batav.

Rec. Pulv. Nucl. Cacao leviter tost. Unc. sex, Pulv. Cort. Peruv. Unc. tres, Sacch. alb. Unc. octo, Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam. M. — Schenkbecherus quatuor Sacch. alb. Unc. sumi et praeterea Cardamomi et Cinnamomi āā Drachm. duas admisceri praescribit, ceterum illius formula cum hac congruit.

**CHOCOLADA CUM FERRO HYDRIODICO** seu Hydriodate Ferri Pierquin. — Paratur miscendo Chocoladae cum Vanilla Libr. unam cum Ferri hydriodici Drachm. duabus semis. — Alia formula ex Chocoladae simpl. Libr. una et Ferri iodati Gran. centum et quindecim constat.

## CHOCOLADA LICHENIS ISLANDICI. Isländiſch Moos-Chocolade. *Chocolade de Lichen d'Islande.*

Rec. Lichen. Islandici concisi Libr. unam. Macera per noctem in sufficiente quantitate Aquae frigidae; rejecta Aqua et Lichene bene abluto, superaffundantur Aquae Libr. octo, et calefiat in balneo Mariae saepius agitando, donec Lichen penitus emollitus sit; cola cum expressione et tracta residuum nova Aquae quantitate, donec penitus extractus sit; evapora liquorem clarum in balneo Mariae crebre agitando ad extracti durioris spissitudinem, tunc admisce per vices Sacch. albi pulv. Libr. duas et Pastae cacaotinae tantundem; detineatur massa supra balneum Mariae semper agitando, donec omnia intime mixta sint, et dividatur uti ad Chocoladam aromaticam indicatum est, vel redigatur post refrigerationem in pulverem. — Juch cuique Librae hujus Chocoladae Pulv. Rad. Salep. Drachm. sex addi praescribit.

**CHOCOLADA seu PASTA CACAOTINA CUM LICHENE ISLANDICO** Ph. Borussicae et Slesvico-Holsaticae.

Rec. Lichen. Island. Unc. quatuor. Infunde Aquae comm. fervid. Libr. duas, in quibus solutae sunt Cinerum clavellat. dep. Drachm. duae. Stent per horas tres; tum liquorem decantha, residuum Aqua communi frigida probe ablue, sicca et in pulverem redige. Hujus Pulveris Unc. tribus adde Past. cacaotin. et Sacch. albi pulv. āā Libr. unam semis, Rad. Salep. pulv. Drachm. tres. Massam intime mixtam aut in cistulas effunde, aut refrigeratam in pulverem redige.

**CHOCOLADA LICHENIS ISLANDICI** Trommsdorffii, Augustin. — Fit miscendo Cacao tostar. et excortic., Sacch. albi āā Libr. quatuor, Lichen. Island. Libr. duas et Pulv. Rad. Salep Unc. tres.

## CHOCOLADA seu SUCCOLADA MEDICA sive simplex, Pasta cacaotina saccharata, Cacao tabulata seu praeparata cum Saccharo. Chocolade ohne Gewürz, Geſundheitschocolade. *Chocolade de Santé.*

Rec. Pastae cacaotin. et Sacchari albi pulverati āā Part. aequales. Misceantur leni igne exactissime et redigantur in tabulas, uti ad Chocoladam aromaticam indicatum est. — Ph. Augustana dimidiam tantummodo Sacchari Partem ad unam Fructus Cacao praescribit. — Disp. Fuldense ad duodecim Cacao, octo Sacchari Partes, — Ph. Gallica ad Chocolade de Santé Cacao Caracensis tostae et mundat. Part. quadraginta quatuor, Cacao Insularum, quae dicitur, pariter tostae et mundat. Part. septuaginta septem cum Sacch. albi Part. centum et viginti quinque et Pulv. Cinnam. Part. una l. a. misceri praescribit. — Nomine Chocoladae medicae etiam Pasta cacaotina sine Saccharo intelligitur.

**CHOCOLADA CUM OSMAZOMATE.** Osmazomchocolade. *Chocolade d'Osmazome.* — Paratur miscendo Osmazoma extractiforme cum Chocolada medica. Ad Libram unam Chocoladae Unc. semis Osmazomatis sumendum.

**CHOCOLADA PURGANS** sec. Pierquin. — Paratur miscendo Chocoladae medicae Libr. unam cum Calomel. Unc. una et Pulv. Rad. Jalapp. Unc. una semis, ex qua miscella Morsuli Drachm. unius ponderis conficiuntur. — Bories melius Calomel. unam tantummodo Drachm. et Pulv. Jalapp Drachm. sex ad Chocoladae Libr. unam praescribit.

**CHOCOLADA SALEP.** Salepchocolade. *Chocolade avec du Salep.* — Fit admiscendo Chocoladae medicae Librae uni Pulv. subt. Rad. Salep Unc. unam. (V. etiam Chocolada cum Lichene Islandico.)

**CHOCOLADA SIMPLEX** v. Chocolada medica.

**CHOCOLADA VANILLAE** seu cum Vaniglia simplex, Chocolada ordinaria. Vanillenchocolade. *Chocolade à la Vanille.* — Obtinetur miscendo Chocoladam medicam Vanilla Saccharo trita. — Varia his Vanillae adjiciendae ratio est. — Si Scrupulus unus ad Libram recipitur, — CHOCOLADA VANILLAE SIMPLEX, einfache Vanillenchocolade, *Chocolade à une Vanille*, appellatur, — si duo Scrupuli admiscentur CHOCOLADA VANILLAE DUPLEX, Doppel-Vanillenchocolade, *Chocolade à deux Vanilles*, denominare solent, cet. — Ph. Gallica ad Massae ejus Chocoladae medicae quantitatem supra designatam, Vanillae Part. unam addi praescribit. — Reuss ad Chocoladam ordi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0201-7
DFG

nariam Cacao tostae et mundatae Unc. sedecim, Sacch. alb. Unc. duodecim et Vanillae cum Sacch. alb. Drachm. tribus tritae Drachm. unam l. a. misceri praescribit. — Ph. Wirtemb. Cacao tostae et mundat. et Sacch. alb. āā Libr. unam cum Vanigliis optime tritis No. quatuor l. a. misceri praescribit. — Pro lubitu etiam ad Chocoladam Vanigliae aromaticam addi proponit Cinnamomi et Caryoph. arom. pulv. āā Drachm. duas et aliquot Guttas Bals. Peruviani nigri. — Ph. Batava sec. Wiegleb ad Chocoladam aromaticam Cacao tostae et mund. Sacch. alb. āā Unc. sedecim, Pulv. Cinnam. Unc. semis, Caryoph. Drachm. duas, Cardam. min. et Vanill. cum Saccharo in pulverem tritae āā Drachm. unam l. a. misceri proponit.

Alia, praecipue pristina, praecepta ad varias Chocoladas praetereamus.

CHOLAGOGUM SIMPLEX = *Diacrydium sulphuratum.*

CHYLISTES LAXATIVA Hartmanni. — Est Vitrum Antimonii cum Mastiche mixtum et iterato cum Oleo Vitrioli tractatum.

CHYLOSTAGMA Mindereri v. Aqua theriacalis bezoardica (p. 92.).

CIBUS ALBUS Fulleri. Weiße Speiſe. *Aliment blanc.*

Rec. Lactis vaccini Libr. quatuor, Pectus Caponis cocti unum, Amygd. dulc. excort. Unc. duas. Optime contunde et fortiter exprime, tunc adde ebulliendo Farin. Oryzae Unc. tres, et si spissescere incipiat, Sacch. albi Unc. octo et Aq. Rosar. rubr. Cochlearia octo.

CICERA seu PILULAE TARTARI Mynsichti.

Rec. Terebinth. Cypriae in Aqua Violar. lotae et ad justam consistentiam coctae Unc. duas, Acidi (Crystallor.) Tartari Unc. unam, Spec. Diaireos simpl. Drachm. duas, Nitri praep. Drachm. unam. Misce et manus immittendo in Aquam Violarum frigidam, formentur Pilulae Ciceris magnitudine.

CICUTINUM v. Coniinum.

## CINCHONIUM. Cinchonin. *Cinchonine.*

*Synon.:* Cinchoninum, Cinchonia seu Cinchonina.

Rec. Chinae griseae Huanuco optimae vel Chinae rubiginosae pulveratae quantum vis.

Coque iterato cum Quintuplo Aquae, quinquagesima Acidi Salis Parte acidulata, donec residuum insipidum sit; evapora liquorem acidum in balneo Mariae ad Dimidium, filtra post aliquot dies et tracta liquorem clarum cum Calce extincta (vel Sale Sodae) uti ad parationem Chinii sulphurici (p. 185.) edoctum est. Praecipitatum bene lotum coque cum Octuplo Spiritus *Vini* rectificatissimi, pond. spec. 0,82 et filtra solutionem bullientem; residuum iterum tracta cum nova Alcoholis quantitate, donec exhaustum sit. Inter refrigerationem liquoris filtrati Cinchonii pars in crystallos secerni videbis, de quibus decanthetur et Spiritus ad duos trientes abstrahatur; iterum crystalli Cinchonii deponuntur; a liquore restante, paullo Aquae commixto, denuo major Spiritus Vini pars abstrahatur, ut Cinchonium secernatur. Crystallos collectas solve bulliendo in sufficiente Spiritus Vini rectificatissimi fortioris quantitate, et, si necesse, tracta solutionem cum Carbone animali, filtra adhuc ferventem, et post refrigerationem decantha liquorem a crystallis, abstrahe spiritum et evapora quamdiu Cinchonium purum praebet, quod siccandum et sollicite asservandum. — Prismata exhibet tetragona, alba, pellucida, nitentia vel tenuia, acicularia, fragilia, inodora et fere insipida; post aliquod temporis spatium exigua tantum amarities sentitur; aëre immutabile, calore difficilius funditur quam Chinium et igne caute aucto, odore aromatico penitus avolat et sublimatur, facile autem calore nimis aucto partim decomponitur, et aëre ignitum cum flamma clara comburitur. — ***Part. const.:*** Carbonei 20, Hydrogenii 22, Oxygenii 1 et Azoti 2 Pond. Mixt. — Vix

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0202-2
DFG

solvitur in aqua frigida et 2500 aquae fervidae partes ad solutionem requirit, difficile etiam solutu in spiritu vini frigido, facilius in spiritu vini fortiori calido, in naphtha vitrioli non. Solutio spirituosa amara alcalium modo reagit. Cum acidis salia format partim neutralia, plerumque faciliora solutu quam salia Chinii, sapore peramaro; alcalia anorganica et tinctura gallarum solutiones aquosas valde praecipitant et tinctura iodi cum colore fusco turbat. — *Vis:* tonica, nervina, febrifuga.

Sit Cinchonium purum, ut supra bonae notae descriptum, fere insipidum et insolubile in aqua, addito autem spiritu vitrioli facillime et penitus solvatur, aëre ignitum facile comburatur et carbo restans lente quidem sed penitus in auras abeat. (Ceterum v. etiam Chinii sulphurici investigatio.)

*Usus:* In pulvere, saccharo cet. tritum, in bolis, pilulis. — Medicamentum efficacissimum, dignum, quod Chinio passim praeferatur, idque eam ob causam, quod fere insipidum. Ad paranda salia cinchonica quoque inservit.

CINCHONIUM ACETICUM, Acetas Cinchonii. Eſſigſaures Cinchonin. *Acetate de Cinchonine, Cinchonine acetique.* — Uti Chinium aceticum paratur. — Difficile crystallos granulosas vel massam nitentem micaceam, albam exhibet, sapore peramaro. — Aquae ope facile in sal acidum et basicum decomponitur.

CINCHONIUM CHINICUM, Chinas Cinchonii. Chinaſaures Cinchonin. *Chinate de Cinchonine, Cinchonine kinique.* — Paratur uti Chinium chinicum. — Prismata exhibet acicularia, sericea, radiatim aggregata, sapore amaro, simul subacerbo Chinae, facillimum solutu in aqua, minus in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus conf. Salia cinchonica in universum.) — Pariter tanquam medicamentum proponitur.

CINCHONIUM NITRICUM. Salpeterſaures Cinchonin. *Nitrate de Cinchonine.* — Paratur uti Chinium nitricum, quocum, quoad proprietates, congruit.

CINCHONIUM PHOSPHORICUM. Phosphorſaures Cinchonin. *Phosphate de Cinchonine.* — Uti Chinium phosphoricum paratur. — Massam exhibet opacam, difficile in crystallos abeuntem, facilem solutu in aqua.

CINCHONIUM SALITUM seu MURIATICUM sive hydrochloricum, Murias sive Hydrochloras Cinchonii. Salzſaures Cinchonin. *Muriate de Cinchonine.* — Uti Chinium salitum paratur. — Prismata exhibet majuscula, complanata, pellucida, sericea, vel ramosa, acicularia, sapore peramaro; facile solutu in aqua et in spiritu vini, ceterum cum Chinio salito congruit, et pari modo adhibetur.

CINCHONIUM SULPHURICUM, Sulphas Cinchonii seu cinchonicus. Schwefelſaures Cinchonin. *Sulphate de Cinchonine, Cinchonine sulphurique.* — Paratur solvendo Cinchonium purum in Spiritu Vitrioli, duplo pondere Aquae diluto, cavendo Acidum in excessu, et evaporando solutionem limpidam, neutram lenissimo calore, postremo aëre libero, ad crystallisationem. — Prismata exhibet insignia, rhomboidica, complanata vel lamellas micaceas, albas, margaritaceas; aëre immutabiles; sapore peramaro, Chinii autem sulphurici mitiore. — Constat ex Cinchonii 2, Acidi sulphurici 1 et Aquae 2 Pond. Mixt. — Facile solutu in aqua, temperatura ordinaria 54 Partes requirit, facilius etiam in spiritu vini rectificatissimo, cujus $6\frac{1}{2}$ tantum partes in frigore requirit, in naphtha vitrioli non solvitur. (De ceteris proprietatibus universalibus v. Cinchonium.) — *Vis:* Cinchonii. — *Usus:* Idem; in mixturis quoque praescribi potest. — Puritas ex descriptione patet, ceterum uti Chinium sulphuricum et Cinchonium investigatur. (De Cusco-Cinchonium v. infra.)

## CINERES CLAVELLATI DEPURATI. Gereinigte Pottaſche. *Potasse purifiée.*

*Synon.:* Alcali vegetabile seu Sal alcali vegetabile aëratum, Alcali Lignorum depuratum, Kali carbonicum seu subcarbonicum purum, Carbonas seu Subcarbonas Kali seu kalicus, Lixivae sive Potassae, Potassa depurata seu aërata, Lixivia purificata, Kali purum mite. Gereinigtes Pottaſchen-Laugenſalz, luftvolles oder luftſaures Pflanzenlaugenſalz, Gewächs- oder vegetabiliſches Laugenſalz, van Helmonts Alcaheſt, reines Aſchenſalz, reines kohlenſaures Kali, baſiſch kohlenſaures Kali, mildes Kali, reines Kalicarbonat, kohlenſäuerliches Pottaſchenſalz. *Carbonate* ou *Souscarbonate de Potasse, Alcali végétal aëré, Potasse préparée* ou *purifiée.* (De ceteris synonymis v. Sal Tartari.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0203-8
DFG

Rec. Cinerum clavellatorum calcinatorum Libras quatuor,
Aquae purae frigidae Libras tres.

Misceantur et stent in vase lapideo, saepius agitentur per plures dies, donec sal purum penitus solutum et glebae omnes dissipatae sint, tunc filtretur, et si solutio adhuc multum Salis digestivi continet, statim ad duos trientes evaporetur, et denuo aëri exponatur, ut hoc sal secernatur, tandem evaporetur liquor limpidus in vase ferreo ad siccitatem; sal residuum adhuc calens trituretur in pulverem et servetur statim in vasis bene obturatis. — Sal hoc massam exhibet grosso-pulverulentam, albam, sapore forti alcalino. Igne rubro-candente funditur, sed igne fortissimo non decomponitur; ex aëre avide humorem attrahit et deliquescit; facillimum solutu in aqua, in spiritu vini non. — Constat ex Kali et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* antacida, diuretica, resolvens, incidens, subcaustica.

Sit sal purum, album, fixum, aëre facile deliquescens, in pari pondere aquae penitus solubile, solutio cum acidis valde effervescens, saturatione non vel vix turbetur, et solutio cum acido nitri saturata neque addito argento nitrico, neque terra ponderosa salita valde turbetur. (V. etiam Alcali vegetabile causticum p. 32.)

*Usus:* Interne adhibetur multa aqua dilutum, passim cum aceto, sale essentiali tartari vel succo citri (v. Potio Riverii); et externe in solutione vel cum unguentis aut oleis mixtus. — Inservit etiam ad parandum Liquorem, Kali bicarbonicum et alia praeparata. (V. etiam Sal Tartari.)

CINERES HERBARUM. — Hoc nomine praecipue Cinis Filicum intelligitur.

## CINIS ANTIMONII. Spießglanzasche. *Cendre d'Antimoine.*

*Synon.:* Oxydum Stibii seu Antimonii, vel potius Acidum stibiosum impurum. Unreine antimonichte Säure. *Acide stibieuse impure.*

Rec. Antimonii crudi pulverati quantum vis.

Immitte in ollam figulinam amplam et humilem non vitreatam et expande in fundo plano ita, ut stratum non ultra pollicem dimidium complectatur, calefiat tunc mediocriter super carbonibus, donec nebulae emittuntur, et sub perpetua agitatione rutabulo vitreo vel figulino calcinetur lenissimo igne, postremo caute augendo, donec fumare cessat et in pulverem cinereum redacta est. Si forsitan prius in grumas concrescat, denuo Antimonium pulverisandum, atque iterum, uti memoratum, calcinandum. — Pulverem exhibet griseum, opacum, ponderosum, insipidum, insolubilem in aqua, aegre et partim solummodo solubilem in acidis fortioribus. — Est Acidum stibiosum cum decima circiter Parte Antimonii crudi mixtum. — *Vis:* incidens, diaphoretica (?)

Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus, cinereus, particulis metallice splendentibus expers, cum liquore ammonii hydrothionici in frigore colorem fuscum non assumens; igne fortiore fundatur.

*Usus:* Ad parandum Vitrum Antimonii inservit.

CINIS PLUMBI v. Plumbum ustum.

CINIS STANNI seu JOVIS. Zinnasche. *Cendre d'Etain.* — Obtinetur calcinando Stannum purum in patina fictili leni calore, donec in pulverem albido-griseum redactum est, qui elutriatione in pollinem impalpabilem redigendus. — Est Stannum oxydatum, Stanno metallico adhuc commixtum. — Olim tanquam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0204-4
DFG

medicamentum adhibebatur. Praecique ad poliendum inservit.

CINNABARIS ANTIMONII. Spießglanzzinnober. *Cinnabre d'Antimoine.* — In parando Butyro Antimonii (p. 142.) obtinetur. — Olim ei specifica quaedam virtus antiepileptica et antispasmodica adscribebatur. — Si autem purum, a Cinnabare communi (I. 36.) omnino non diversum.

CINNABARIS NATIVA PER DECOCTIONEM seu CREMOR CINNABARIS Junckenii Disp. Viennens. et Spielmanni. — Obtinetur coquendo Cinnabarem nativam pptam cum Aqua pura in vase terreo, et auferendo semper spumam cinnabarinam, quae exsiccatur.

CINNABARIS VIA HUMIDA PARATA. Zinnober auf naſſem Wege bereitet. — *Cinnabre par la voi humide.* — Obtinetur diuturna trituratione miscellae ex Mercurio vivo, Sulphure et Alcali vegetabili caustico cum Aqua, vel Solutione concentrata Hepatis Sulphuris, leni calore adhibito, e. g. Mercurii triginta, Flor. Sulphuris undecim, Alcali caustici octo et Aquae quadraginta Partibus, donec aethiops primum ortus in cinnabarem mutatus est; temperaturam 30° R. excedere non licet, et aqua evaporata per tempus restituenda. Cinnabaris primum aqua alcalina, denique aqua pura lavanda et siccanda. — Pulverem exhibet subtilissimum impalpabilem, pulcherrime sclaratinum et omnino, quoad proprietates, cum Cinnabare sublimatione parata congruit. — Sed efficaciorem esse veri est simile, quapropter medicorum attentione etiam digna.

CINNAMOMUM COCTUM Zwelferi.

Rec. Pulv. Cinnamomi acuti Unc. duas, Rad. Zingiber. alb. Unc. semis, Caryophyllor., Nuc. Moschatar. āā Drachm. duas semis, Boli Armenae Drachm. sex, Ol. dest. Cinnamomi Scrup. unum vel Drachm. semis, Sacchari Candi albi Libr. unam. Misce exactissime et addita s. q. Mucilag. Tragac. Aqua Cinnamomi extractae, fiat Pasta, ex qua formentur Cannulae instar Cinnamomi convolutae.

CINNAMOMUM LAXATIVUM Mynsichti.

Rec. Sacch. albissimi in Aq. Cinnam. dissoluti Unc. quatuor, Scammon. rosati Drachm. sex, Spec. Diacinnamomi Unc. semis, Ol. Cinnam. Scrup. unum. M. in formam Boli pro usu. — Dosis: Drachm duae ad tres.

CITRAS v. quaeque nomina Basium vel nomina antiqua.

CLARETUM Disp. Hamburg.

Rec. Cinnam. Unc. quatuor, Cardam. Unc. tres, Rad. Zinzib. albi Drachm. quinque, Vini Gallici opt. Libr. quadraginta octo, Sacch. albi Libr. octo. M., f. l. a. Claretum.

CLARETUM ABSINTHII v. Aqua Vitae Absinthii (p. 96.).

CLARETUM ABSINTHIACUM LAXATIVUM Mynsichti.

Rec. Fol. Senn. el., Rad. Turpith. alb. et gumm., Mechoacann. āā Drachm. sex, Hb. Absinth. Pont., Bacc. Junip. āā Unc. semis, Rad. Ireos nostr. et Esulae min. praep. āā Drachm. tres, Sem. Foenic., Carvi āā Drachm. duas, Rad. Calam. arom., Zinzib. alb., Zedoar., Cinnam. acuti, Caryoph. āā Drachm. unam, Flor. Epatic. alb., Sambuci, Genist. āā Drachm. semis, Croci Orient., Hb. Epithymi āā Scrup. unum. Inc. cont. infunde in Vini Rhenani Unc. triginta sex. Macerentur in balneo Mariae, post justam digestionem ebulliant parum et additis Sacch. albi Unc. quatuor, clarificentur per manicam Hippocratis, et f. Claretum.

CLARETUM ANISI. Aniswaſſer. *Clairette* ou *Eau d'Anis.* — Paratur destillando Sem. Anisi cont. Libr. unam cum Spir. Vini Gallici Libr. quadraginta in balneo Mariae, quamdiu liquor spirituosus stillat, qui cum Sacch. albi Libr. sex in Aquae Libr. triginta solutis miscetur. — Alii Semin. Anisi insuper Sem. Carvi Unc. duas et Sem. Anisi Unc. quatuor addunt. — Claretum Anisi, Aqua Mannhemiensis, quae nominatur, parari fertur digerendo Sem. Anisi Unc. quatuor et Rad. Galang. Drachm. duas per aliquot dies cum Spir. Prunor. rect. Mensuris quatuor, addendo tunc Aquae Mensur. quatuor et destillando inde Mensur. quinque, diluendo s. q. Aquae Anisi et addendo Sacch. q. s. ad gratam dulcedinem.

CLARETUM ANISATUM Mynsichti.

Rec. Spir. Vini anisati Libr. tres, Aquae *Looch Sani, Aq. Marrub. et Violar.* āā Libr. unam, Cass. lign. Unc. duas, Macid. Unc. semis, Sacch. Candi albi Unc. duodecim. F. l. a. Claretum, uti in Clareto absinthiaco edoctum.

CLARETUM APOPLECTICUM LAXATIVUM Mynsichti. — Similis compositio est ac Claretum Absinthii laxativum, omisso tamen Absinthio et additis Agaric. alb. et Rad. Hellebori nigri ppt. āā Unc. duabus.

CLARETUM seu ELIXIR AROMATICUM Augustin. Aromatiſches Claret. *Clairette* ou *Liqueur aromatique.*

Rec. Sem. Anisi, Anethi, Foenic., Coriandri, Carvi āā Unc. semis. Cont. infundantur per mensem cum Spir. Vini Libr. novem. Addantur Sacchari, Aquae āā Unc. viginti. Filtrentur.

CLARETUM AURANTIORUM FLORUM. Pomeranzenblüthenclaret. *Clairette* ou *Huile de Fleurs d'Orange.* — Paratur macerando Flor. Naphae rec. Unc. sedecim cum Spir. Vini Gallici Unc. quinquaginta sex per mensem, colando cum expressione et admiscendo liquori Sacch. Unc. quadraginta in Aq. commun. Unc. viginti octo solutas.

CLARETUM seu CREMOR BARBADENSIS. Barbados-Liqueur oder Rahm. *Crême de Barbados.*

Rec. Flaved. Pomor. Citri Nro. sex, Cinnam. Unc. duas. Inc. cont. infunde per 6 dies cum Spir. Vini Gallici Unc. ducentis quinquaginta sex, add. Aquae Unc. triginta duas. Destillent Unc. ducentae sexaginta quatuor, quibus commisceantur Aquae Unc. sexaginta quatuor, Sacch. Unc. centum viginti octo. Post 14 dierum moram filtrentur. — Ad Cremorem verum Unc. centum viginti octo tantummodo Spiritus destillando eliciantur et addan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0205-0
DFG

tur Sacch. Unc. quadraginta octo in Aquae Unc. centum octo et viginti dissolutae.

CLARETUM CACAO sec. Spielmannum. Cacao- oder Chocoladeliqueur. *Eau* ou *Clairette de Chocolade.*

Rec. Cacao decort. et tost. Unc. sedecim, Cinnam. Unc. unam, Vanigl. Drachm. duas, Caryoph. Drachm. unam. Cont. infunde per octiduum in Spir. Vini Gallici Unc. centum octo et viginti. Filtratis addatur Spiritus paratus ex Cacao enucl. et tost. Unc. triginta duabus, Cinnam. Unc. una et Spir. Vini Unc. centum et viginti octo, unde destillationis ope Spiritus Unc. sexaginta quatuor erant elicitae. Adjiciantur Sacch. Unc. sexaginta quatuor dissolutae in Aquae Unc. centum et viginti octo. Praeteritis 14 diebus liquor filtretur.

CLARETUM CARVI. Kümmelliqueur. *Eau de Cumin.* — Uti Claretum Anisi paratur.

CLARETUM COFFEAE seu CAFFEAE. Kaffeeliqueur. *Eau de Café.* — Pari modo paratur, Cacao loco Sem. Coffeae tosto sumendo. (V. etiam Aqua Vitae Coffeae p. 96.)

CLARETUM CHALYBEATUM Mynsichti.

Rec. Vini Malvatici opt. Libr. tres, Chalybis cum Acet. tamarindin. ppt. Unc. unam, Rad. Scorzoner., Acidi (Cremor.) Tartari āā Unc. semis, Rad. Galang., Cassiae lign., Caryoph. āā Drachm. unam. Post 2 dierum digestionem filtretur.

CLARETUM CINNAMOMI cum Aqua clareta simplici (p. 60.) congruit.

CLARETUM CONFORTANS CAPUT Hoffmanni. Hauptſtärkender Wein. *Clairette confortante.* — Obtinetur digerendo Cubeb., Caryoph., Cinnam. et Rad. Calam. arom. āā Unc. duas in Vini Malvat. Libr. quatuor per noctem et solvendo in colatura Sacch. Unc. octo.

CLARETUM CORONARIUM. Blumenliqueur. *Eau de Bouquet.*

Rec. Caryoph. Drachm. unam, Lign. Rhod. Drachm. duas. Inc. cont. affunde per octiduum Spir. Vini Gallici Unc. centum viginti octo. Destillent inde Unc. nonaginta sex et addantur Ol. Jasmini Scrup. unus, Vanigl. cont. Scrup. semis, Rad. Ireos flor. cont. Drachm. duae, Sacch. Unc. triginta duae in pari Aquae portione solutae, Ambrae gris. Saccharo tritae Gran. unum. Praeteritis 8 diebus filtrentur.

CLARETUM seu LIQUOR CYDONIORUM. Quittenliqueur. *Clairette* ou *Liqueur de Coings.* — Paratur digerendo in Succi Cydonior. rec. Mensur. duabus et Spir. Vini Gallici Mensur. una, Cinnam. Drachm. sex, Caryoph. Drachm. tres, Amygd. amar. concis. Unc. tres ad quatuor, Nucleor. Persicor. Unc. unam et addendo tandem Sacch. comm. Unc. duodecim. F. l. a. Claretum.

CLARETUM DIVINUM cum Aqua divina mirabili (p. 64.) congruit.

CLARETUM FOENICULI uti Claretum Anisi paratur.

CLARETUM FRUCTUUM. Fruchtſaftliqueur. *Clairette de Fruits.*

Rec. Cerasor. dulc. matur. Part. quindecim, Ribesior. rubr. Part. sex, Rubor. Idaeor. Part. tres. Contundantur et infundantur per mensem cum Spir. Vini Gallici pari quantitate. Succi, preli ope expressi, Unciis ducentis et quinquaginta adde Caryoph. cont. Nro. viginti quatuor, Vanillae Siliquam dimidiam, Sacch. Libr. quatuor. Praeterito mense liquor filtretur.

CLARETUM Garus v. Elixir.

CLARETUM JUNIPERI. Wachholder-Claret oder Liqueur. *Clairette* ou *Eau de Genèvre.* — Obtinetur digerendo Bacc. Juniper. rec. Libr. octo, Cinnam. Unc. tres et Caryoph. Drachm. unam cum Spir. Vini Gallici Mensur. duodecim, et post suff. extractionem admiscentur Sacch. Libr. decem in Aquae Mensuris duodecim solutae.

CLARETUM JUNIPERINUM Mynsichti. — Fit macerando in Spir. Junip. Libr. tribus et Aq. Enulae, Farfar., Looch. sani āā Libr. una, Cinnam. acuti Unc. duas et Caryoph. integr. Unc. semis, et solvendo in colatura Sacchari Candi Unc. sedecim.

CLARETUM MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzliqueur. *Eau de Chasseurs.* — Ex Herba Menthae piperitae uti Claretum Anisi paratur.

CLARETUM NUCLEORUM seu PERSICO. Perſikliqueur. *Eau de Persico.* — Paratur macerando Nucleos Persicos Nro. centum in Spir. Vini Gallici Unc. triginta duabus per mensem, addendo Vanigliae Saccharo tritae Gran. sex et filtrando post 14 dies.

CLARETUM NUCUM JUGLANDIUM. Nuß-waſſer- oder Liqueur. *Eau de Noix.* — Obtinetur macerando Nucum Jugland. immatur. conc., mense Julio collect., Libr. unam cum Spir. Cerasor. Mensur. tribus, addendo Cinnam. Unc. semis et Caryoph. Drachm. unam per 2 menses et solvendo in colatura Sacch. Libr. tres in pari pondere Aquae solutas.

CLARETUM PURGANS seu Vinum Hippocraticum antimoniale Schroederi ex Sala.

Rec. Vitri Antimon. subt. pulv. Scrup. quinque, Vini albi opt. Unc. octo semis. Digere per sex dies saepius agitando; in colatura solve Sacch. albiss. Drachm. tres. Aromatisetur Aqua Cinnamomi. (V. etiam Vinum antimoniatum.)

CLARETUM E SEX SEMINIBUS v. Aqua carminativa per infusionem (p. 53.).

CLARETUM STOMACHICUM CONFORTANS Mynsichti.

Rec. Cinnam. acuti Unc. unam, Hb. Menth. crisp. Unc. semis, Mastich. el., Rad. Galang., Caryoph. āā Drachm. duas, Rad. Calam. arom., Cardam. min., Zingib. alb. āā Drachm. unam, Lign. Aloës pond., Rad. Pimpin., Zedoar. āā Unc. semis. Macerentur in Vini Malvatici Unc. triginta duabus per aliquot dies, tunc filtrentur.

CLARETUM VENERIS. Venuswaſſer. *Huile de Venus.*

Rec. Sem. Carvi Drachm. decem, Sem. Dauci Drachm. quinque, Macid. Scrup. quinque. Cont.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0206-6 DFG

infundantur per 4 dies in Spir. Vini Gallici Unc. trecentis et viginti, addantur Sacch. Unc. ducentae et quadraginta, Aquae Unc. centum et viginti, Croci q. s. ad colorandum. Filtrentur.

Alias compositiones vetustiores ad Clareta, vel quae solummodo voluptatis causa bibuntur, praetereamus. — Saepissime Clareta etiam colorantur. Color coeruleus eis Solutione Indigo tribuitur, color luteus Tinctura Curcumae vel Croci cet., color viridis utroque pigmento efficitur, color ruber Tinctura Coccionellae, Ligni Fernambuci, Bacc. Myrtillorum, Sambuci cet., color fuscus et flavo-fuscus Caramel cet. (V. etiam Aqua, Elixir, Ratafia, Spiritus et Tinctura.)

CLYSSUS seu CLISSUS ANTIMONII sive mineralis, Antimonii Clyssus, Aqua Stimmi sulphurea, Aqua tonitrualis, Spiritus Antimonii. — Plerumque nihil aliud est nisi Acidum sulphuricum dilutum, Acido sulphuroso et salium particulis, quae mechanice transierunt, passim continens. Detonando miscellam Nitri, Antimonii crudi et Sulphuris āā Part. aequales caute et successive in exiguis portiunculis in retorta tubulata candente cum excipulo Aquae portionem continente juncta, obtenta. Si hoc productum adustionem sapiat, ex balneo Mariae Aqua partim abstrahi praescribunt; residuum tunc *Spiritus Vitrioli impurus est.* — *Nonnullae Pharmacopoeae* Aquae loco Infusum Cardui benedicti seu Flor. Sambuci cet. in recipientem immitti praescribunt. — Glauberus quartam tantum Sulphuris Partem sumi proponit.

CLYSSUS NITRI seu SIMPLEX. Salpeter-Klyſſus. *Clyssus de Nitre.* — Simili modo detonatione miscellae Nitri et Carbonum obtentus, nihil aliud nisi Aqua fere pura est.

CLYSSUS seu CLISSUS PORTULACAE Bate. — Paratur clarificando et coquendo Succi rec. Portulacae Libr. octo cum Sacch. Libr. una ad Mellis consistentiam. — Pari modo parantur Clyssus Agrimoniae, Argentinae, Betonicae, Farfarae, Hederae terrestris, Prunellae cet.

CLYSSUS SULPHURIS v. Spiritus Sulphuris per campanam.

CLYSSUS seu CLISSUS VITRIOLI Bate. — Nihil aliud est nisi Solutio Ferri sulphurici oxydati cum Ferro acetico oxydato plus minus mixta, methodo confusa et mysteriosa obtenta.

CLYSMA seu CLYSTER v. Enema.

COAGULUM ALUMINIS Riverii. Alaunſalbe. — Fit agitando Albumina Ovi (Nro. duo) cum s. q. (Drachma una) Alumin. pulv., ut coaguletur. (V. etiam Cataplasma Albuminis.)

COBALTUM OXYDATUM (OXYDULATUM) HYDRATUM, Oxydum (Oxydulum) Cobalti seu cobalticum hydratum. Kobalt-Oxyd- (Oxydul-) Hydrat. *Protoxyde de Cobalte hydraté.*

Rec. Cobalti puri q. v. Solve in Acidi Salis s. q. (Solutio haec Cobalti saliti seu muriatici, Chloreti Cobalti ad Atramentum sympatheticum [p. 102.] inservit.) Dilue solutionem Aqua et calefac ad ebullitionem usque, donec aër atmosphaericus penitus expulsus sit; tunc instilla Solutionem Alcali vegetabilis caustici dilutam, pariter calefactam, quamdiu praecipitatum enascitur, quod edulcorandum et siccandum. — Pulvis pulchre rosaceus, insipidus, calore aquam amittit et aëre excluso Cobaltum oxydatum olivaceum, admisso autem aëre Cobaltum oxydatum fuscum (hyperoxydatum, quod dicitur) relinquit. Insolubilis est in aqua, solubilis in acidis fortioribus, salia format plerumque violaceo-rubella, inter siccandum colorem coeruleum assumentia, sapore ingrato acerbo-metallico, vitro, si cum eo conflatur, colorem coeruleum tribuit (v. Smalta.). — *Vis:* diaphoretica (?), emetica. — *Usus:* In pulvere. Novissimis temporibus in rheumatismo commendabatur. Caute semper adhibendum. (De Cobalto v. etiam Arsenicum I. p. 38.)

† COCCULIUM seu MENISPERMIUM, Picrotoxinum. Kokkulin, Kokkelkernbitter. *Cocculine, Menispermine, Picrotoxine.*

Rec. Cocculorum Indicorum recentium et maturorum quantum vis. Decortica, contunde (potest etiam Oleum pingue exprimi) et digere iterato cum sufficiente Spiritus Vini rectificatiss. *quantitate, donec exhausti sint.* Abstrahatur Spiritus ex tinctura clara in balneo Mariae, separetur Oleum residuum pingue a Cocculino filtrando et exprimendo inter chartam bibulam. Solvatur Cocculium ebulliendo in s. q. Spiritus Vini rectificatissimi et filtretur solutio calens per filtrum strato carbonum animalium depuratorum tectum. Inter refrigerandum crystalli Cocculii secernuntur et evaporando solutionem reliqua pars obtinetur. — Prismata exhibet tetragona, alba, pellucida vel aciculas stellatim aggregatas, aëre immutabiles, inodoras; sapore est nauseoso, amarissimo, calore non liquefit, calore auctiore autem destruitur. Aegre solubile in aqua, temperatura 80° R. 100 partes requirit, facile solutu in spiritu vini, minus in aethere; solutiones neutrales ad reagentia sese indifferentes habent; solvitur quidem facile in acidis, praecipue aceto radicali, salia autem cum iis non format, in liquoribus alcalinis pariter solubile. — *Part. const.:* Carbonei 5, Hydrogenii 6 et Oxygenii 2 Pond. Mixt. — *Vis:* excitans, narcotica, maxime toxica, in exigua dosi facile tremorem, vertiginem et convulsiones efficit, in majori dosi lethalis. — In epilepsia, hysteria, tanquam vermifugum cet. commendabatur, et externe in porrigine optimo cum successu in unguento applicabatur. Medicorum attentione omnino dignum, sed summa cum circumspectione adhibendum.

COCHLEARUM TESTAE v. Testae Cochlearum.

† CODEINUM. Codein. *Codeine.* — Obtinetur in parando Morphio muriatico secundum methodum Gregorianam. — Muria (Mutterlauge) ex Morphii praecipita-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0207-1
DFG

tione evaporatur, ut in crystallos concrescat, quae, aqua humectatae, pressione inter chartam bibulam depurandae, in aqua solvendae, tunc solutio solutione Alcali vegetabilis praecipitanda, Codeinum praecipitatum impurum in Acido Salis in excessu solvendum et iterata crystallisatione depurandum. Codeinum muriaticum ita paratum superaffunditur sufficiente Naphthae Vitrioli quantitate et paullulum solutionis Alcali vegetabilis caustici in excessu admiscetur, miscella saepius fortiter conquassatur, tunc decanthatur liquor limpidus aethereus, et destillatione et evaporatione Codeinum secernitur. — Crystallos exhibet decolores minutas, tenuissimas, aciculares; sapore est amaro et post nauseoso-acri, modice solubile in aqua, temperatura ordinaria 80 et temperatura 80° R. 17 tantummodo partes requirit; *facilius solutu in spiritu vini uti et in aethere; solutiones alcalium modo reagunt*; in solutionibus alcalinis non solvitur. Cum acidis salia format facile solubilia, passim crystallisabilia, quae (uti et Codeinum purum) neque acidi nitri ope colorem rubrum, neque ferri muriatici ope colorem coeruleum assumunt, tincturae autem gallarum ope solutiones aquosae valde praecipitantur. — *Part. const.:* Carbonei, Hydrogenii, Oxygenii et Azoti quantitates nondum satis definitae. — *Vis: narcotica, anodyna*, minus excitans quam Morphii, plus sedans, post exhilarans. — Principium hoc novissimis temporibus detectum medicorum attentione quam maxime dignum! — Alia substantia obtinetur ex Morphio impuro praecipitatione solutionis Opii aquosae Salis Sodae ope obtento; tractando hoc Morphium impurum Spiritu Vini frigido, caute saturando tincturam Acido sulphurico, abstrahendo Spiritum, diluendo residuum aqua frigida, quamdiu turbatur, filtrando, evaporando filtratum ad syrupi consistentiam et tractando hoc sal cum Aethere et Alcali caustico, uti supra memoratum, ex solutione clara evaporatione spontanea materia in crystallos secernitur, octaëdras exhibens insignes, regulares, sapore Codeino simili, quocum in ceteris quoque proprietatibus partim congruit, sed non alcalium modo reagit et cum acidis salia non format. Est forsitan principium organicum illi isomericum (?)

COERULEUM BEROLINENSE et PARISIENSE v. I. 38.

COFFEA CUM CORTICE PERUVIANO.
Rec. Pulv. Sem. Coffeae tost. Drachm. duas, Pulv. Cort. Peruv. Drachm. unam. M.

COFFEA GLANDIUM.
Rec. Gland. Quercus tost. Drachm. sex, Coffeae tost. Drachm. duas, Aquae commun. q. s. Coquantur aliquamdiu, deinde colatura exhibeatur. (V. etiam Glandes Quercus tostae.)

COFFEINUM v. Caffeum (p. 144.).

† COLCHICIUM seu COLCHICINUM. Colchicin. *Colchicine.* — Obtinetur tractando Semina Colchici simili modo atque Herbam Aconiti in parando Aconitio (p. 26.). Extrahuntur autem Semina contusa iterate cum Spiritu Vini rectificatissimo, Acido sulphurico acidulato, calore adhibito, donec expulsa sint, tunc tractatur tinctura cum Calce, Kali carbonico cet., uti edoctum est. Colchicium satis depuratum solvitur in Spiritu Vini rectificatissimo, admiscetur paullulum Aquae et relinquitur solutio evaporationi spontaneae in vase aperto in aëre sicco. — Prismata exhibet tenera acicularia, decolora vel massam pellucidam splendentem, aëre immutabilem, inodoram, sapore peramaro, post gutturali, diu adhaerente; alcalium modo, sed debile tantummodo, reagit, leni calore liquefit, calore auctiore destruitur, acidum nitri forte colore obscure violaceo et coeruleo, mox in olivaceum et flavum abeuntem, *imbuit*. Modice solubile in aqua, facillime in spiritu vini; solvitur etiam in aethere. Cum acidis salia format passim crystallisabilia, sapore amarissimo et gutturali, facile solubilia in aqua et spiritu vini; solutiones aquosae (uti et Colchicii solutio) tincturae gallarum ope valde praecipitantur, non minus tincturae iodi ope colore kermetino. — *Part. const.:* Carbonei, Hydrogenii, Oxygenii et Azoti quantitates nondum definitae. — *Vis:* narcotico-acris, drastica, in parva dosi facile toxica, colicam, vomitum et purgationem vehementissimam et ipsam mortem efficiens. — Principium Colchici efficax medicorum attentione dignum. Sed summa cum circumspectione in exiguis tantum dosibus administrandum.

COLCOTHAR seu CAPUT MORTUUM VITRIOLI, Gilla Theophrasti, Chalcitis seu Chalcanthum rubefactum, Terra Vitrioli dulcis, Ferrum oxydatum rubrum, Oxydum Ferri seu ferricum rubrum, Deut- (Trit-) Oxydum Ferri. Vitriol-Todtenkopf, Rothes Eiſenoxyd, Engliſch Roth, Juwelierroth. *Colcothar, Oxyde de Fer rouge, Rouge d'Angleterre.* — Obtinetur calcinando postremo igne vehementissimo Vitriolum Martis in crucibulo aperto, donec in massam obscure rubram vertatur; servatur ad usum. Est Ferrum oxydatum, continet autem semper Ferrum sulphuricum oxydatum. Quam materiam, si aqua bulliente probe eluas, habebis Ferrum oxydatum purum (Colcothar indulcatum olim). — *Vis:* styptica, exsiccans. — *Usus:* Plerumque externe adhibetur. — Productum minus purum, quod Gilla quoque nominatur, obtinetur in parando Oleo Vitrioli fumante. (V. etiam Crocus Martis.)

COLLA v. Gelatina et Tabulae.

COLLARE STRUMALE Morandi. Morand's Halsband gegen Kröpfe. *Collier de Morand.*
Rec. Sal. Ammon., Natri muriat. decrepit., Spong. ustar. non lotar. āā Unc. unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0208-7
DFG

COLLUTORIUM ACIDULUM v. Litus acidus.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS Brera.
Rec. Decoct. Salviae Libr. unam, Alcohol. Vini Unc. unam, Boracis Venet. Scrup. unum. M.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS seu ALUMINOSUM Swediaur. — Solutio est Alumin. Unc. semis in Aquae Libr. una, cui, si necesse est, adduntur Spir. Vini Unc. quatuor.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS seu ALUMINOSUM Cadeti. — Constat ex Alumin. Drachm. una, Succi Sedi maj. et Mellis āā Unc. una. — St. Marie quinque Mellis Uncias sumi praescribit, ceterum cum praecedente congruit.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS seu ALUMINOSUM Pierquin ex Alumin. usti Scrup. uno, Laccae in bacul. Drachm. semis et Mellis rosati Unc. una constat (v. etiam Aqua ad Gingivas [p. 68.], Collutorium aluminosum, de Catechu, Borace, detergens cet.).

COLLUTORIUM ADSTRINGENS Mayr.
Rec. Spec. pro Gargarism. adstring. Unc. unam semis. Coque cum Aq. comm. Libr. una semis ad remanent. Libr. unius. Cola.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS Vogt.
Rec. Extr. Ratanh. Unc. semis. Solve in Aq. Salv. Unc. sex, Spir. Cochlear. Unc. unam semis. M. — Alia formula: Rec. Alumin. dep. Drachm. semis ad unam. Solve in Inf. Hb. Salv. ex Unc. semis parat. Unc. sex, et adde Mell. rosat. Unc. unam.

COLLUTORIUM ALCALINUM Formul. des hopit. milit. de France. Alkaliſcher Mundſaft. *Gargarisme alcalin.*
Rec. Ciner. clavell. dep. Part. unam, Mell. desp. Part. viginti. Tritura simul in mortario vitreo.

COLLUTORIUM ALUMINOSUM (adstringens seu roborans) P. Frank sec. Augustin.
Rec. Cort. Quercus junior. Drachm. sex. Coque cum Aq. font. Libr. una semis. Colaturae Libr. unius adde Alumin. Drachm. semis, Spir. Vini Unc. unam semis. (V. etiam supra.)

COLLUTORIUM ANTIODONTALGICUM Pierquin.
Rec. Hb. Hyosc., Plantag. āā Man. semis, Flor. Violar., Rosar. rubr. āā Man. unum, Capit. Papav. Unc. unam, Hb. Salviae Drachm. sex, Aquae q. s. Coque, cola et adde Aceti Unc. quatuor. (V. etiam Collutorium odontalgicum.)

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Augustin.
Rec. Spir. Cochlear. Unc. duas semis, Succi Citri, Mucil. Sem. Cydon., Syr. Moror. āā Unc. semis. M.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Brera.
Rec. Vini rubri opt. Libr. unam, Succi Citri, Sacch. alb. āā Unc. unam. M.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Plenckii.
Rec. Aq. Cochlear. et Tinct. Laccae āā Unc. duas, Spir. Cochlear. Unc. unam. M.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Pierquin.
Rec. Sem. Staphid. agr. Unc. unam, Sem. Sinap. Drachm. tres, Hydromell. Unc. quatuor, Oxymell. squillit. Unc. duas. M. — Compositio demens.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Swediaur. — Miscella est Spir. Cochlear. Libr. semis et Infusi Rutae Libr. unius. (V. etiam Gargarisma et Linctus stomacace.)

COLLUTORIUM ANTISYPHILITICUM Hopit. des Veneriennes.
Rec. Decoct. Flor. Malv. ex Unc. semis parat. Unc. quinque, Lactis vaccini Unc. unam, Merc. subl. corros. Gran. unum ad duo. M.

COLLUTORIUM ANTISYPHILITICUM Hennen.
Rec. Cort. Chin. reg. Unc. semis. Coq. ex Aq. Unc. duodecim ad colat. Unc. sex, in qua solve Merc. subl. corros. Gran. quatuor, Tinct. Myrrhae, Mell. rosat. āā Unc. semis. M.

COLLUTORIUM AD APHTHAS Vogt v. sequens.

COLLUTORIUM seu COLLUTIO DE BORACE Ph. Hamburg. p. paup. edit. 2.
Rec. Borac. Venet. Drachm. sex, Infusi Salviae Unc. decem, Mell. desp. Unc. duas. Solve et misce. — Alii Infusi Salviae loco Aquam sumi praescribunt. — Vogt Boracis Venet. Drachm. duas, Aq. Salv. Unc. sex et Mell. rosat. Unc. unam praescribit. — (V. etiam Gargarisma, Linctus, Litus et Mel.)

COLLUTORIUM CATECHU Formul. des hopit. milit. de France. — Miscella est Tinct. Catechu Part. unius et Mellis rosat. Part. quinque.

COLLUTORIUM CATECHU SATURNINUM seu adstringens Augustin.
Rec. Catechu Drachm. tres. Coque cum Aq. Calcis Unc. duodecim ad remanent. Unc. octo. Colat. adde Sacch. Saturn. Scrup. unum, Mell. Rosar. Unc. duas.

COLLUTORIUM DETERGENS Brera.
Rec. Decoct. Hordei Libr. unam, Mell. rosat. Unc. unam, Tinct. Laccae-muſſae Gutt. viginti. M. (V. etiam Linctus ad Gingivas et Liquor.)

COLLUTORIUM DETERGENS ET ADSTRINGENS Brera.
Rec. Mell. rosat. Unc. unam, Spir. Cochlear., Spir. Vitrioli tenuis āā Gutt. triginta. Ponantur omnia in Libr. duabus Decocti Hordei et detur pro Collutorio. — Formul. des hopit. milit. de France solummodo Mell. desp. Part. quinque et Spir. Vitrioli Part. unam misceri praescribit.

COLLUTORIUM DETERGENS IN ULCERIBUS FAUCIUM Brera.
Rec. Decocti Hordei Libr. unam, Mell. rosati Unc. unam, Spir. Nitri dulc. Gutt. triginta. M.

COLLUTORIUM EXCITANS Ellis.
Rec. Pulv. Rad. Pyrethri Unc. semis, Aceti Drachm. duas, Extr. Opii Gran. tria. Digere per horam. (V. etiam Collutorium odontalgicum, sialagogum, Sinapis et Cargarisma.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0209-5
DFG

COLLUTORIUM GINGIVALE v. Aqua de Madame la Vrilliaire (p. 76.).

COLLUTORIUM HUMECTANS Swediaur.
Rec. Infusi Sem. Lini Libr. unam, Sacch. albi Unc. unam, Succi Citri Unc. semis. M.

COLLUTORIUM MERCURIALE v. Gargarisma.

COLLUTORIUM MYRRHAE Augustin.
Rec. Hb. Salv. Unc. semis. Infunde Aq. fervid. q. s. Colaturae Unc. sex, adde Tinct. Myrrh. Drachm. duas, Mell. Rosar. Unc. duas.

COLLUTORIUM ODONTALGICUM seu antiodontalgicum Plenckii.
Rec. Rad. Pyrethri Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. unam, Extr. Opii Gran. duo, Aceti Vini et Aq. Lavend. āā Unc. duas. Inc. cont. infunde per aliquot horas. Colatura servetur. — Mayr Rad. Pyrethri loco Rad. Ptarmic. et Extr. Opii loco Opium purum praescribit; ceterum cum hac formula congruit. (V. etiam Collutorium excitans et sialagogum.)

COLLUTORIUM OPIATUM seu opiaceum Formul. des hopit. milit. de France. — Miscella est Tinct. Opii Part. unius et Syr. Mell. Part. viginti.

COLLUTORIUM CONTRA PTYALISMUM INVETERATUM Kopp.
Rec. Vitrioli coerul. Drachm. unam. Solve in Inf. Hb. Salv. ex Unc. semis parat. Unc. sex, et adde Tinct. Myrrh., Catech., Kino āā Drachm. unam, Mell. crudi Drachm. sex.

COLLUTORIUM ROBORANS P. Frank v. Collutorium aluminosum.

COLLUTORIUM ROBORANS Montmahou. — Est Decoctum Chinae ex Unc. una ad colat. Unc. duodecim cum Alum. Drachm. una et Mellis rosat. Unc. una semis.

COLLUTORIUM RUTACEUM Plenckii.
Rec. Hb. Rutae Pug. unum, Salviae Pug. tres. Conc. coq. cum Aq. font. Unc. duodeviginti. Cola.

COLLUTORIUM SATURNINUM Formul. des hopit. milit. de France. — Miscella est Extr. Saturni Part. unius et Mell. desp. Part. viginti.

COLLUTORIUM SIALAGOGUM Swediaur.
Rec. Rad. Pyrethri Unc. semis, Torment. Drachm. tres, Aceti rubri Octar. unum. Coque et ab igne remotis adde Opii, Camph. āā Drachm. unam, Sem. Hyoscyam. Drachm. tres. Post horam infusionis filtra. (V. etiam Collutorium excitans.)

COLLUTORIUM seu VINUM SINAPEOS Augustin.
Rec. Pulv. Sem. Sinap. Unc. unam, Vini albi Libr. unam. Infund. frigide per 6 horas. Colaturae adde Tinct. Cinnam. Unc. duas.

COLLUTORIUM EX SINAPE seu excitans Ph. Batav. — Miscella est Pulv. Sem. Sinap. Drachm. unius semis, Aceti Vini Unc. unius et Aquae Unc. quatuor.

COLLUTORIUM SINAPEUM Reuss.
Rec. Aq. font. Unc. sex, Spir. Vini simpl., Aceti Vini āā Unc. octo, Pulv. Sinap. rec. Unc. semis, Sacch. albi Unc. unam. M.

COLLUTORIUM CONTRA ULCERA MERCURIALICA Sundelin.
Rec. Camph. Gran. decem, Gumm. Arab. q. s., Aq. Salv. Unc. sex, Tinct. Ratanh. Drachm. tres, Mell. rosat. Unc. unam semis. M.

COLLUTORIUM ZINCI seu Vitrioli albi Augustin.
Rec. Zinci sulph. Gran. quindecim. Solve in Infusi Salv. offic. Unc. sex. — Ph. Batav. Vitrioli albi Drachm. unam, Aq. dest. Unc. sex et Mellis crudi Unc. unam misceri proponit. — Ph. castrens. Ruthen. Vitrioli alb. Scrup. unum in Aq. fervent. Unc. una semis solvi praescribit.

De Collutoriis v. etiam Aqua, Gargarisma, Linctus et Litus.

COLLYRIUM ACETATIS AMMONIAE v. Collyrium Neumanni.

COLLYRIUM ACIDI ACETICI Rennie. Augenwaſſer mit Eſſig. *Collyrium avec du Vinaigre.*
Rec. Aceti dest. Unc. unam, Spir. Vini simpl. Unc. semis, Aq. Rosar. Unc. octo. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Brera.
Rec. Aq. dest. Unc. decem, Tinct. Thebaic. Gutt. triginta, Gummi Ammon., Vitello Ovi subacti, Drachm. duas. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Formul. de medic. de Paris.
Rec. Aq. Rosar. rubr. et Plantag. āā Unc. sex, Tutiae ppt. Drachm. unam, Vitrioli albi Gran. decem, Alumin. Gran. sex. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Ratier.
Rec. Aq. Rosar., Infusi Flor. Meliloti āā Unc. quatuor. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS seu e Zinco compositum Richard sec. Spielmann.
Rec. Trochisc. alb. Rhasis Drachm. unam, Vitrioli albi Drachm. semis, Sacch. Saturn. Scrup. semis, Aq. Rosar. Unc. quatuor. M. — Swediaur Vitrioli albi Gran. octo, Extr. Saturn. Gutt. octo et Aq. Rosar. Unc. quatuor misceri praescribit.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Swediaur.
Rec. Flor. Zinci Drachm. unam, Mucil. Sem. Cydonior., cum Aq. Rosar. parat., Unc. decem. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Ph. Gallicae edit. Ratier et Henry. — Solutio est Vitrioli coerul. Gran. trium in Aq. dest. Unc. sex et Mucil. Gummi Arab. Unc. semis.

COLLYRIUM ADSTRINGENS VALIDIUS Brera.
Rec. Aq. Rosar. rubr. Unc. tres, Vitrioli albi Gran. tria, Laud. liq. Sydenh. Scrup. unum. M. — Pierquin Vitrioli albi Gran. viginti, Tutiae Drachm. semis, Aq. Rosar. et Plantag. āā Unc. tres misceri proponit. — In alia formula Vitr. albi Drachm. unam semis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0210-7
DFG

Sacch. Saturn. Scrup. duos, Aq. Rosar. et Plantag. āā Unc. quatuor praescribit. — GRAY Vini opiati Drachm. duas, Vitr. alb. Scrup. semis, Aq. Rosar. et dest. āā Unc. sex praescribit. (V. etiam Aqua ophthalmica, Collyrium resolvens, saturninum, siccum et Zinci.

COLLYRIUM ALBUM GALENI.

Rec. Tutiae ppt. Unc. duas, Ceruss., Amyli, Gummi Arab. et Tragac. āā Unc. semis, Opii Drachm. duas. Excipiantur cum Aqua pluviali vel Rosarum et f. Collyrium siccum. — Paratur etiam sine Opio. (V. porro Sief.)

COLLYRIUM ALUMINOSUM AUGUSTIN.

Rec. Alumin. crudi Scrup. duos, Gummi Mimos. Drachm. unam. Solve in Aq. Rosar. Unc. quatuor. — Alia formula cum Albumine aluminoso (p. 32.) congruit. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens seu aluminosa, Cataplasma Aluminis [p. 152.] cet.)

COLLYRIUM ANODYNUM seu OPIATUM RICHARD Ph. Gallicae.

Rec. Aq. Rosar. Unc. duas, Gumm. Arab. Drachm. semis, Laudani de ROUSSEAU Gutt. sex.

COLLYRIUM ANODYNUM, leniens seu sedans, sive Opii cum Camphora Disp. Fuldens. et Ph. Francof.

Rec. Mucil. Cydonior. Unc. unam, Camph. Gran. duo, Extr. Opii Gran. unum, Aq. Rosar. Unc. duas. M. — Ph. Hamburg. *p. p. edit. prior.* Aquam Rosarum omittit. — GRAY et RENNIE Extr. Opii Gran. decem, Camph. Gran. sex et Aq. dest. fervid. Unc. duodecim praescribunt. — ELLIS Opii Gran. unum, Camph. Gran. quinque et Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Ph. Gallic. edit. RATIER et HENRY Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Aq. dest. Unc. quatuor, Opii et Camph. āā Gran. duo sumi proponit.

COLLYRIUM ANODYNUM, sedativum seu resolvens, crocatum Formul. des hopit. milit. de France.

Rec. Croci Part. unam, Aq. bullient. Part. ducentas. Inf. cola absque expressione et adde Tinct. Opii Part. unam. — RATIER Croci Drachm. unam, Aq. bullient. Unc. quatuor et Laudani liq. Drachm. unam praescribit. — ST. MARIE Croci pulv., Sacch. āā Drachm. semis, Aq. Plantag. et Rosar. āā Unc. duas misceri proponit. — MAYR Lactis vaccin. calid. Unc. quatuor et Croci pulv. Scrup. duos intime teri et colari praescribit.

COLLYRIUM ANTIPHLOGISTICUM v. Aqua ophthalmica, saturnina et Collyrium GOULARDI.

COLLYRIUM ANTIVENEREUM Ph. Lusit. edit. prior.

Rec. Aq. Rosar. Unc. octo, Calomel. Scrup. semis, Gumm. Arab. Drachm. unam. M. exactissime.

COLLYRIUM BORACICUM AUGUSTINI.

Rec. Borac. Drachm. semis, Sacch. albi Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. duas. M. — MAYR Aq. Sambuc. Unc. tres, Boracis Gran. quindecim et Sacch. Drachm. semis misceri praescribit.

COLLYRIUM BRUNI seu DE BRUN.

Rec. Aloës hepat. pulv. Drachm. unam, Aq. Rosar., Vini albi āā Unc. unam semis, Tinct. Croci Gutt. triginta. Aloae cum Vino coctae adde Aquam et Tincturam. — BAERENSPRUNG Vini albi, Aq. Rosar. āā Unc. tres et Extr. Aloës āā Drachm. unam praescribit.

COLLYRIUM D. CHARAS, LEMERY.

Rec. Sacch. Candi Unc. unam, Rad. Irid. flor. Drachm. tres, Tut. ppt. Drachm. duas, Sarcocoll., Vitrioli alb., Aloës āā Drachm. unam, Caryoph. Scrup. unum, Aq. Euphras., Foenic. et Rosar. āā Unc. octo, Vini Hisp. Libr. duas. M.

COLLYRIUM COERULEUM v. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82.).

COLLYRIUM COMITIS DU BOURG v. Aqua ophthalmica DAGUIN.

COLLYRIUM CONTRA CORNEAE OBDUCTIONEM HIMLY. — Solutio est Cinerum clavellat. Gran. duorum ad sex in Aquae destillatae Unc. una. — RICHTER Boracis et Sacchar. alb. āā Drachm. unam, Extr. Aloës et Opii aq. āā Gran. duodecim in Aq. Rosar. Unc. quatuor solvi praescribit.

COLLYRIUM CROCATUM v. Collyrium anodynum.

*COLLYRIUM CUPRI SULPHURICI* WARE, RICHARD.

Rec. Vitrioli coerul. Gran. quatuor, Mixt. camph. Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. quatuor. M. — GRAY Vitriol. coerul. Gran. quatuor cum Mixturae camph. Unc. quinque misceri praescribit.

COLLYRIUM CUPRI SULPHURICI CUM BOLO ARMENA GUTHRIE.

Rec. Cupr. sulph., Boli Armen. āā Gran. octo, Camph. Gran. duo. M. et affunde Aq. bullient. Unc. octo. Mixto frigefacto effundatur liquor limpidus, cujus pauxillum saepissime (omni hora) injiciatur inter oculum et palpebras.

COLLYRIUM DETERGENS seu detersivum, resolvens seu tonico-adstringens, sive de Salibus fusis Ph. Gallic. Reinigendes und auflösendes Augenwaſſer. *Collyre detersif* ou *de Sel unies par fusion.* — Solutio est Lapidis divini in ducentis et quinquaginta Aquae communis Partibus. — VAN MONS ad unam Lapid. divini Partem, triginta duas Aquae Rosarum Part. praescribit. — Ph. Lusitan. antiq. Aq. Rosar. Unc. tres, Lap. divin. Gran. tria et Sacch. Candi Gran. sex, — Ph. Ferrar. et TADDEI Lapid. divin. Scrup. unum, Aquae et Laud. liq. SYDENH. āā Drachm. duas, — et RATIER Sacch. Cand., Pulv. Rad. Irid. flor., Lap. divini āā Drachm. unam, Spir. Vini Unc. unam et Aq. purae Unc. unam semis misceri praescribit. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens cet.)

COLLYRIUM DETERGENS LEMERY.

Rec. Vitri Antimon. alcoh., Tutiae ppt., Sacch. Saturn. āā Scrup. unum, Aquae Eu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0211-2

DFG

phras., Plantag., Rosar. et Chelid. major. āā Unc. unam. Misce.

COLLYRIUM DETERGENS Ph. Paris.
Rec. Pulv. Rad. Irid. flor. Drachm. tres, Vitriol. albi Drachm. unam semis, Aq. Rosar. et Plantag. āā Libr. unam semis. Digerantur per biduum, postea coletur liquor.

COLLYRIUM EMOLLIENS Ratier. — Est Decoctum Rad. Alth. ex Drachm. duabus cum Aquae Libra una factum.

COLLYRIUM EMOLLIENS Richard.
Rec. Aq. dest. Plantag. Unc. quatuor, infunde Sem. Lini Pugill. unum. Cola.

COLLYRIUM EXSICCANS Richard.
Rec. Aq. dest. Plantag. aut Cyani Unc. quatuor, Vitrioli albi puri Scrup. unum. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens p. 81.)

COLLYRIUM ex Fernandez seu Injectio Muriatis Hydrargyri sive Mercurii camphorata Ph. Hispan.
Rec. Terebinth. Unc. semis, Vitell. Ovi duo, Merc. praec. albi Drachm. semis, Alumin., Liq. anod. Hoffm., Camph. āā Drachm. unam. Misceantur exactissime in mortario vitreo, tunc admisceantur sensim Aquae Libr. duae et colentur cum expressione. Inter utendum continuo agitari debet.

COLLYRIUM FERRUGINOSUM Ph. Batav. — Est Pulvis ex Vitrioli Mart. Gran. quatuor ad decem et Sacch. Drachm. duabus.

COLLYRIUM FORTIFICANS seu contra Ophthalmiam chronicam.
Rec. Sem. Acac. Drachm. semis, Aq. Rosar. Unc. sex. Infunde in mortario vitreo vel porcellaneo saepius triturans, tunc filtra.

COLLYRIUM Gimbernati seu ex Potassa fusa. — Solutio est Alcali vegetab. caust. sicci Gran. unius in Aq. Unc. una. — Cadet et Pierquin duo Grana sumi proponunt.

COLLYRIUM Goulardi. — Solutio est Extr. Saturn. Gutt. decem (ad triginta) in Aq. Rosar. (vel destill. simpl.) Unc. sex. — Variant medici in proportione, et addunt subinde Spir. Vini camph. Gutt. viginti. (V. etiam Aqua ophthalmica, saturnina cet.)

COLLYRIUM Helvetii sec. Lemery cum Collyrio detergente Ph. Gallicae congruit.

COLLYRIUM HYDRARGYRI CORROSIVI v. Aqua ophthalmica Conradi et mercurialis.

COLLYRIUM HYDRARGYRI OXYMURIATIS Rennie.
Rec. Merc. subl. corros. Gran. duo, Sal. Ammon. Gran. quinque, Aq. dest. Unc. sex. M.

COLLYRIUM HYDRIODATIS ZINCI seu Zinci iodati Prouleti. — Solutio est Zinci hydriodici Gran. quindecim in Aq. dest. Unc. sex. Mounoir et Rennie quatuor tantummodo Grana Zinci iodati praescribunt.

COLLYRIUM HYOSCYAMI Himly sec. Augustin.
Rec. Extr. Hyosc. Gran. decem. Solve in Aq. dest. Unc. semis. — Alia formula ex Extr. Hyosc. Scrup. uno et Aq. Unc. tribus constat.

COLLYRIUM CONTRA INFLAMMATIONEM CONJUNCTIVAE Graefe.
Rec. Lapid. divini Gran. duo, Aq. Rosar. Drachm. septem, Mucil. S. Cydon. Drachm. unam, Laud. liq. Syd. Drachm. semis. M.

COLLYRIUM de St. Jerneron sec. Van Mons.
Rec. Vitrioli albi Part. quatuor, Vitriol. coerul. Part. unam, Spir. Vini camph. Partis quadrantem. Solve in Infus. Hb. Rutae Part. sex cum Aq. Part. quatuordecim factas. (V. etiam Aqua d'Alibourt [p. 41.] et Aqua ad Oculos d'Yvel [p. 81.])

† COLLYRIUM seu AQUA Lanfranci, Vinum compositum Lanfranci, Mixtura seu Solutio cathaeretica, Solutio Cupro-arseniata.
Rec. Vini alb. gener. Part. quingentas, Aq. Plantag. et Rosar. āā Part. nonaginta sex, Auripigmenti Part. octo, Aerug. Part. quatuor, Myrrh. et Aloës āā Part. duas cum tribus quincuncibus. Tere diu in mortario vitreo et serva. — Ph. Bruxell. Vini albi, Aq. Rosar., Plantag. et Solani āā Unc. quatuor, Alum. Rochae, Sacch. Candi āā Unc. semis, Vitrioli albi, Aerug. āā Drachm. duas, Pulv. Aristol. rot. Drachm. tres leviter ebulliri, colari et addi praescribit Pulv. Praecipitati Drachm. duas.

COLLYRIUM LENIENS v. Collyrium anodynum.

COLLYRIUM MERCURIALE Ph. nosoc. civil. Argentor.
Rec. Merc. subl. corr. Gran. semis, Aq. dest. Unc. sex, Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis. M.

COLLYRIUM MERCURIALE et ex Muriate Hydrargyri oxygenato v. Aqua ophthalmica mercurialis.

COLLYRIUM METALLICUM Bate.
Rec. Croci Metall. subt. pulv. Drachm. unam, Vitriol. albi Scrup. semis, Aq. Rosar. Unc. unam semis, Aq. Flor. Cichor. sylv. per deliq. Unc. duas semis. Macera tepide per sex horas, et filtra.

COLLYRIUM CONTRA MYDRIASIN Sundelin.
Rec. Hb. Nicot. virg. Drachm. unam semis, Liq. Ammon. acet. Drachm. tres, Aq. fervid. Unc. unam semis. Digere per 1/4 horae et cola.

COLLYRIUM MOLLE v. Unguentum ophthalmicum.

COLLYRIUM NARCOTICUM Cadeti.
Rec. Infusi Hyosc. Libr. semis, Extr. Bellad. Gran. octo, Extr. Opii Gran. quatuor. Solve et misce.

COLLYRIUM NARCOTICUM Graefe.
Rec. Succi Bellad. evaporatione inspiss. Scrup. semis, Succ. Hyosc. evap. insp. Scrup. unum, Aq. Lauroceras. q. s., ut f. Liquamen melliforme.

COLLYRIUM NIGRUM Graefe.
Rec. Extr. Hyosc. Gran. quindecim, Aq. Rosar. Unc. semis, Aq. Calcis Unc. tres, Merc. dulc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0212-8
DFG

Scrup. semis. Misce exactissime. — Alia formula ex Infusi Belladonnae Unc. septem, ex Drachmis duabus Herbae paratis, Aq. Calcis Unc. octo et Merc. dulcis Scrup. duobus constat.

COLLYRIUM IN OPHTHALMIA AEGYPTIACA Rust. — Miscella est Ol. Vitrioli rect. Gutt. trium et Aquae destill. Unc. unius.

COLLYRIUM OPIACEUM Hospit. infant.

Rec. Decocti Sem. Lini Unc. quatuor, Croci et Laud. liquid. Sydenh. aa Drachm. unam. M. — Ratier Extr. Opii Gran. duo in Aq. dest. Unc. quatuor solvi proponit. Variat tamen ingredientium ratione.

COLLYRIUM OPII Gray.

Rec. Opii Gran. decem., Camph. Gran. sex, Aq. fervent. Unc. duodecim. (De Collyrio opiato seu Opii et cum et sine Camphora v. etiam Collyrium anodynum.)

COLLYRIUM CONTRA PALPEBRARUM PRAECLUSIONEM SPASTICAM Hufelandi. — Miscella est Tinct. Stramonii Drachm. duarum et Aq. dest. Drachm. sex. — Sundelin Extr. Opii aq. et Ciner. clavell. dep. aa Gran. quatuor in Aq. Sambuci Unc. sex solvi proponit.

COLLYRIUM PLUMBATUM seu Plumbi Acetatis v. Aqua ophthalmica saturnina et Collyrium Goulardi.

COLLYRIUM RESOLVENS *Formul. de medic. de Paris.*

Rec. Decocti vel Aq. dest. ophthalm. Unc. sex, Pulv. Rad. Irid. flor. Scrup. unum, Camph., Croci aa Gran. octo, Spir. Vini Drachm. unam, Sacch. Candi Scrup. unum. M.

COLLYRIUM RESOLVENS Richard.

Rec. Aq. Rosar., Plantag. aa Unc. duas, Sacch. Candi Drachm. unam. — Alia formula: Rec. Infus. Fl. Sambuc. Unc. quatuor, Sacch. Saturn. Gran. duodecim, Tinct. vulnerar. Drachm. duas.

COLLYRIUM RESOLVENS Richard sec. Spielmannum.

Rec. Sacch. Saturni, Sal. Ammon. dep. aa Gran. tria, Aq. font. Unc. duodecim. (V. etiam Aqua ophthalmica saturnina, Collyrium anodynum, detergens, saturninum cet.)

COLLYRIUM RESOLVENS Cadet et St. Marie.

Rec. Aerug., in aliquot Gutt. Aceti dissoluti, Gran. sex, Aq. Rosar. Unc. octo, Laud. liq. Sydenh. Drachm. duas. M. — Alia formula: Rec. Pulv. Rad. Irid. flor., Vitrioli albi aa Drachm. unam semis, Sacch. Cand. Scrup. duos, Aq. Rosar. Libr. unam. Digere per 3 dies et cola. (V. etiam Liquor ophthalmicus detergens.) — Alia formula St. Marie: Rec. Vitell. Ovor. rec. duo, Aq. Rosar. Libr. unam. Tritura semel et adde Vitrioli albi Gran. duodecim ad viginti quatuor.

COLLYRIUM RESOLVENS Hospit. infant. — Miscella est Flor. Zinci Gran. unius et Aq. Plantag. Unc. unius. — Pierquin Tutiae ppt. Drachm. semis, Aloës Drachm. unam, Aq. Rosar., Foenic. et Euphras. aa Unc. unam misceri proponit. (V. etiam Aqua ophthalmica Daguin p. 82.)

COLLYRIUM seu AQUA OPHTHALMICA ROBORANS Graefe. — Miscella est Vitrioli albi Gran. trium, Aq. Rosar. Unc. trium, Mucil. Sem. Cydon. Drachm. unius et Laud. liq. Syd. Drachm. semis.

COLLYRIUM ROBORANS Mayr. — Miscella est Aq. ophthalm. coerul. Unc. trium, Aq. styptic. vuln. Drachm. duarum et Aq. destill. Unc. duarum.

COLLYRIUM ROBORANS Ph. Paris.

Rec. Vini Hispan. opt. Libr. duas, Aq. Rosar., Chelid., Foenic., Euphras., Rutae aa Unc. duas, Pulv. Caryoph. Unc. unam, Sacch. Cand. Unc. semis, Tut. ppt. Unc. unam semis, Aloës, Myrrh., Macid. aa Drachm. duas, Camph., Croci aa Scrup. duos. Mixta insolentur per 15 dies saepius agitando, tunc serventur.

COLLYRIUM ROBORANS Richard sec. Spielmann.

Rec. Aq. Rosar. Unc. quatuor, Vini emet. Unc. semis, Bals. Fioravant. Drachm. duas. M.

COLLYRIUM ROSARUM, *Hydrolé de Sulphate de Zinc composé* Henry et Guibourt, cum Collyrii resolventis Cadet et St. Marie secunda formula ex Rad. Ireos, Vitriolo albo, Sacch. cet. constante congruit.

COLLYRIUM RUBRUM Bories, Pierquin cet.

Rec. Ciner. clavell. dep. Gran. viginti quatuor, Camph. Gran. decem, Aq. Chelidon. maj. Unc. duas. Digere per 24 horas, filtra et adde Tinct. Aloës Gutt. viginti quatuor ad triginta.

COLLYRIUM SACCHARI SATURNI Gray cet. — Solutio est Sacch. Saturni Gran. sex in Aquae Rosar. Unc. sex. — Alia formula quindecim Sacch. Saturni Grana praescribit. — Taddei Sacch. Saturni Drachm. sex, Vitrioli albi Scrup. semis et Aq. Rosar. Unc. sex praescribit. (V. etiam Aqua ophthalmica, saturnina, Collyrium Goulardi, resolvens cet.)

COLLYRIUM DE SALIBUS IGNE FUSIS v. Collyrium detergens et Lapis divinus.

COLLYRIUM SAPPHIREUM v. Aqua ophthalmica coerulea.

COLLYRIUM SATURNINUM Ph. nosoc. civ. Argentor. — Solutio est Sacch. Saturni Gran. quatuor in Aq. Rosar. Unc. quatuor.

COLLYRIUM SATURNINUM Augustin.

Rec. Alumin. crudi Drachm. unam, Plumbi acet. Gran. decem. Solve in Aq. Rosar. Unc. quatuor. — Alia formula: Rec. Infusi Sambuci Unc. sex, Extr. Saturni Drachm. duas, Spir. Vini camph. Drachm. unam. — Selle Aceti Saturni et Spirit. Vini camph. aa Drachm. duas, Aquae Chamom. Unc. octo et Vitrioli albi Drachm. unam, — Schmidt Vitrioli albi Scrup. unum, Acet Saturni Drachm. semis, Aq. dest. Unc. decem et Spir. Vini camph. Drachm. duas praescribit. In alia formula praeterea Alumin. crudi Scrup. unum addi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0213-4

proponit. (V. etiam Aqua ophthalmica saturnina, Collyrium resolvens, Sacchari Saturni, Zinci cet.)

COLLYRIUM SATURNINUM MAYR. — Miscella est Extr. Saturni Gran. decem cum Aquae Sambuci Unc. tribus.

COLLYRIUM SATURNINUM SCARPA. — Miscella est Sacch. Saturn. Gran. trium, Aq. dest. Unc. sex, Mucil. Tragac. Unc. semis et Spir. Vin. camph. Gutt. sex.

COLLYRIUM SATURNINUM VOGT. — Miscella est Acet. Saturn. Drachm. unius, Spirit. Vini Drachm. duarum et Aquae Rosar. Unc. sex.

COLLYRIUM SATURNINUM CUM OPIO AUGUSTIN.

Rec. Plumbi acet. Gran. tria, Opii puriss. Gran. quatuor, Sem. Cydon. Gran. sex. Fiat cum s. q. Aq. Rosar. Emulsio Unc. duarum vel trium. — Vel: Rec. Aq. saturn. GOULARD., Rosar. āā Unc. duas, Opii Gran. octo. Solve. — Vel: Rec. Sem. Cydon. Gran. sex, Plumbi acet. Gran. tria, Aq. Rosar., Foenic. āā Unc. duas. M., adde Tinct. Opii crocat. Drachm. unam semis.

COLLYRIUM SCARPAE v. Collyrium saturninum.

COLLYRIUM SEDANS et SEDATIVUM v. Collyrium anodynum.

COLLYRIUM SEDATIVUM Ph. nosoc. civ. Argentor.

Rec. Sem. Cydon. Gran. decem. Infunde Aq. Rosar. Unc. quatuor. Colat. adde Extr. Opii aq. Gran. duo.

COLLYRIUM SICCUM BALDINGER.

Rec. Sacch. alb., Tart. dep., Boli alb. āā Drachm. unam. M.; f. pulv. subtiliss.

COLLYRIUM SICCUM seu Pulvis ophthalmicus BEER.

Rec. Alumin. usti, Zinci sulph. dep., Boracis āā Scrup. unum, Sacch. alb. Scrup. duos. M.; f. pulv. subtilissimus. — SUNDELIN Aluminis usti et Sacchari albissimi āā Part. aequales in pulverem subtilissimum redigi proponit.

COLLYRIUM SICCUM CADET.

Rec. Tutiae ppt., Pulv. Rad. Irid. flor., Sacch. cryst. āā Part. aequales. M.; f. pulv. subtilissimus. — Ph. Lusit. edit. prior. Rad. Irid. omittit.

COLLYRIUM SICCUM GRAEFE.

Rec. Pulv. Extr. Bellad. ad aërem sicc. Scrup. semis, Pulv. Extr. Hyosc., Pulv. Opii puri āā Scrup. unum. M.

COLLYRIUM SICCUM KRANZ.

Rec. Salis communis, Conch. praep. āā Drachm. unam. M.; f. pulv. subtiliss.

COLLYRIUM SICCUM RATIER cet.

Rec. Calomel., Sacch. albi āā Scrup. unum, Opii Gran. quatuor. M.; f. pulv. subt.

COLLYRIUM SICCUM DUPUYTRENII sec. RICHARD ex Merc. praec. rubri Gran. decem, Tutiae Gran. undeviginti et Sacch. Drachm. una constat.

COLLYRIUM SICCUM LAGNEAU.

Rec. Sacch. Candi, Zinc. oxyd. aut Kali nitr. āā Drachm. unam. M.; f. pulv. subt.

COLLYRIUM SICCUM VAN MONS.

Rec. Merc. subl. corros., Cupri muriat. oxyd. āā Gran. quatuor, Rad. Irid. flor. Drachm. semis et Sacch. albiss. Drachm. duas. M.

COLLYRIUM SICCUM AMMONIACALE, LAEYSONS odorous Powder.

Rec. Pulv. Sal. Ammon. Unc. unam semis, Calcis extinct. pulv. Unc. duas, Cinnam. Scrup. unum. Misceantur leviter in vitro alto bene claudendo, et tegatur miscella strato Calcis extinctae. — Alii Olei cujusdam aetherei, e. g. Caryophyllorum, insuper addunt. — Plerumque etiam strata Carbonum et Boli Armenae alternatim adjiciuntur, quod vaniloquentiae est.

COLLYRIUM SIMPLEX seu Calcitrapae BORIES, PIERQUIN.

Rec. Succi Calcitrapae Unc. tres, Spir. Vini simpl. Unc. unam. M.

COLLYRIUM STIERNCRONENSE v. Aqua ophthalmica ODHELI (p. 83.).

COLLYRIUM SUPERSULPHATIS ALUMINAE ET POTASSAE v. Aqua ophthalmica aluminosa.

COLLYRIUM DE SULPHATE ZINCI Ph. Gallicae. — Mixtio est Vitrioli albi Drachm. unius, Aq. Rosar. Libr. unius et Spir. Vini Unc. unius.

COLLYRIUM TEMPERANS Formul. de medic. de Paris.

Rec. Aquae Sperniol. et Solani āā Unc. tres, Troch. albi Rhasis Drachm. unam, Sacch. Saturn. Gran. decem. M.

COLLYRIUM TENGUIANUM PIERQUIN.

Rec. Sacch. Saturni Gran. quindecim, Sal. Ammon. Gran. tria, Aq. Rosar. Unc. sex. M. (V. etiam Collyrium resolvens.)

COLLYRIUM TONICO-ADSTRINGENS v. Collyrium detergens.

COLLYRIUM TONICUM BORIES.

Rec. Hb. Rutae rec., Flor. Arnic. āā Man. semis, Bacc. Junip. Drachm. duas, Rad. Ipecac. Gran. triginta, Vini albi Unc. duodecim. Digere per 24 horas, colat. adde Vitrioli albi Gran. viginti, Sal. Ammon. Gran. triginta.

COLLYRIUM IN VARIOLIS Formul. de medic. de Paris.

Rec. Aq. Rosar. et Plantag. āā Unc. tres, Pulv. Croci Gran. quindecim. M.

COLLYRIUM VITRIOLI ALBI seu vitriolicum MAYR. — Solutio est Vitrioli albi Gran. trium in Aq. Rosar. Unc. tribus. — RICHTER Aq. dest. simpl. sumi jubet. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens p. 81.)

COLLYRIUM VITRIOLI COERULEI GRAY v. Collyrium Cupri sulphurici.

COLLYRIUM ZINCI Ph. nosoc. Argent. — Solutio est Vitrioli albi Gran. decem in Aq. Sambuci Unc. quatuor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0214-0
DFG

COLLYRIUM ZINCI seu Zinci Sulphatis v. Aqua ophthalmica adstringens (p. 81.).

COLLYRIUM ZINCI seu Acetatis Zinci WARE, RICHARD et RENNIE.

Rec. Zinci acet. Drachm. semis, Aq. dest. Libr. unam. M. — Ph. Americana Vitrioli albi Gran. duodecim, Sacch. Saturni Gran. sedecim, et Aquae Octar. semis praescribit. (V. etiam Collyrium adstringens.)

COLLYRIUM ZINCI IODATIS v. Collyrium Hydriodatis Zinci.

COLLYRIUM ZINCI SULPHATIS CAMPHORATUM RENNIE.

Rec. Vitrioli albi Gran. quindecim, Camph. Gran. decem, Aq. bullient. Unc. sex. M. — GRAY Vitrioli albi et Spir. Vini camph. āā Drachm. semis, et Aquae Libr. duas praescribit. In alia formula etiam Aq. Rosarum addi praescribit. — BORIES Vitrioli albi Gran. viginti, Camphorae Gran. quatuor, Aq. Rosar., Euphras. et Plantag. āā Unc. unam misceri proponit. — SWEDIAUR Vitrioli albi Gran. sex, Aq. dest. Unc. sex, Muc. Cydon. Unc. unam et Spirit. Vini camph. Gutt. duodecim praescribit.

COLLYRIUM E ZINCO SULPHURICO AUGUSTIN.

Rec. Zinci sulph. Gran. tria, Albumen Ovi unum, Aq. Rosar. Unc. unam semis. M. — Vel: Rec. Zinci sulph. Gran. unum. Solve in Aq. Rosar. Unc. una, adde Mucil. Sem. Cydon. Drachm. unam. — Ph. Sardoa Vitellum Ovi coctione concretum eximi, Vitriolum album ingeri et liquorem post aliquod tempus profluentem cum Aquae Rosarum et Plantaginis āā Unc. sex commisceri proponit.

COLLYRIUM ZINCI SATURNINO-CAMPHORATUM AUGUSTIN.

Rec. Aq. dest. Unc. decem, Zinc. sulph. Scrup. unum, Aceti Saturn. Drachm. semis, Spir. camphorat. Drachm. duas. M.

COLOCYNTHIS PRAEPARATA v. Trochisci Alhandal.

COLUMBIUM seu COLUMBINUM. Kolumbin. *Columbine.* — Paratur ex Radice Columbo extrahendo Spiritus Vini rectificatissimi ope, et abstrahendo ex solutione clara spiritum ad tertiae partis remanentiam. Post aliquot dies Columbium impurum secernitur, quod iterate solvendo in Spiritu Vini rectificatissimo, tractando solutionem cum Carbone animali et crystallisando depurandum. — Prismata exhibet decolora, oblique rhombica cet., vel tenerrima acicularia, aëre immutabilia, sapore peramaro, ad reagentia neutralia sese habentia. Columbium leni calore liquefit et calore auctiore destruitur; aegre solvitur in aqua frigida, spiritu vini et aethere frigido, facilius in spiritu vini fervido; solvitur etiam in oleis aethereis et in liquoribus alcalinis, acida solutiones alcalinas praecipitant; in aceto radicali praecipue solubile; solutio aquosa neque salium metallicorum, neque tincturae gallarum ope praecipitatur. — *Part. const.:* Carbonei 7, Hydrogenii 7 et Oxygenii 2 Pond. Mixt. — *Vis:* Radicis, et quidem in statu concentratissimo; in majori dosi facile nociva. — Principium hoc peculiare organicum medicorum attentione omnino dignum.

CONCHAE seu TESTAE OSTREARUM CALCINATAE sive ustae, Calx Concharum seu Testarum. Gebrannte Auſterſchalen. *Coquilles calcinées* ou *brulées.* — Parantur ex Conchis marinis bene mundatis (v. Conchae praeparatae) ustione inter prunas, uti Calcaria pura caustica (p. 146.), quacum etiam, quoad proprietates, congruit et pari modo, praecipue ad Aquam Calcis ex Conchis (p. 50.) et ad Calcem Antimonii cum Sulphure (p. 147.), adhibetur.

CONCHAE CITRATAE, Calx seu Calcaria citrica impura, Citras Calcariae seu calcicus. Citronenſaure Auſterſchalen, citronenſaurer Kalk. *Coquilles citrées.*

Rec. Conch. praeparatar. quantum vis. Superaffunde sensim, semper ebullire faciens, Succum Citri depuratum, donec effervescentia desierit, et evapora miscellam semper agitando ad siccum. — Pulvis albus, cinerascens, fere insipidus et insolubilis, facilior autem solutu in aqua frigida quam in calida (v. etiam Acidum Citri p. 18.). — Puriorem obtinebis, si liquor clarus supernatans a sedimento objiciatur et pulvis aqua bulliente eluatur (v. Acidum Citri l. c.). — Ph. Wirtemb. (et aliae pristinae Pharmacopoeae) dimidium tantummodo Pondus Succi Citri ad totum Concharum praescribunt, quod nimis parum. Residuum tunc miscella est Calcariae citricae et carbonicae. Permittit etiam Succo Citri Acetum substitui, quo Conchae saturandae, quo facto Calcaria acetica obtinetur.

## CONCHAE PRAEPARATAE. Präparirte Muſcheln. *Coquilles préparées.*

*Synon.:* Conchae marinae seu Testae Ostrearum praeparatae. Präparirte Auſterſchalen. *Ecailles d'Huitres preparées.*

Rec. Concharum quantum vis. Abluantur primum multum diluto Lixivio kalino, decoquantur deinde Aqua pura et scopae ope mundentur a quisquiliis, abluantur iterum et siccentur; terantur in pulverem subtilissimum, laevigentur Aqua, et siccetur pulvis. — Pulvis albissimus impalpabilis, insipidus,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0215-5

insolubilis in aqua, facilis solutu in pluribus acidis inter effervescendum. Ceterum cum Creta (I. 54.), Lapide calcario puro (I. 167.) cet. congruit. Est Calcaria carbonica cum pauxillo Calcariae phosphoricae et Texturae membranosae animalis mixta.

Puritas investigatur uti Cretae (I. 54.); acida solummodo vestigia membranularum gelatinosarum relinquant.

*Usus:* Uti Cretae, praecipue tanquam absorbens adhibetur et ad alia praeparata inservit.

Pristinae Pharmacopoeae, v. c. Wirtembergica, Testas Concharum oblongarum cum Aceto forti macerari praescribunt, ut sordes atque mucor abradi queant, tunc uti memoratum tractari. — Aliae pulpam ex laevigatione cum Aqua ortum per infundibilem pennae ope premendum praescribunt, ut efformentur pyramidulae, quae siccantur. — Ph. Argentoratensis praescribit Conchas antea calcinari et postremo in pulverem vel pastillos redactos servari.

CONCHAE SULPHURATAE. Auſterſchalen mit Schwefel. *Coquilles avec du Soufre.* — Miscella est Concharum pptar. et Flor. Sulphur. lot. āā Part. aequalium.

CONCHAE USTAE v. Conchae calcinatae.

CONCINNUM v. Tanninum.

CONDITA. Mit Zucker eingemachte Sachen. *Confitures.* — In summa rei uti Caules Angelicae ex Ingredientibus recentibus cum Saccharo (p. 161.) parantur.

CONDITUM ALLII, Allium conditum Bate. Eingemachter Knoblauch. *Ail confit.*

Rec. Rad. Allii mundat. Libr. unam. Coque paullum in Aq. font., quae abjiciatur. Tum coque in Aq. Hyssopi ad mollitiem perfectam. Liquor cum Libra una Sacch. opt. coquatur in Syrupum, circa finem addendo Allium cum Ambrae griseae Gran. viginti quatuor, Moschi Gran. quatuor, in nodulum ligatis, Spir. Hormini Unc. duabus.

CONDITUM ANTHELMINTICUM v. Electuarium.

CONDITUM ANTIEPILEPTICUM v. Opiatum.

CONDITUM seu CONFECTIO AURANTIORUM — ex Corticibus recentibus pari modo atque Caules Angelicae (p. 161.) parari potest. Ph. Wirtemb. Cortices primum cum Lixivio Cinerum infundi et semel ebullire curari praescribit, ut mollescant, tunc Aqua calida ablui, humore superfluo orbatos, Saccharo clarificato et fere ad consistentiam tabulati cocto affundi ad supereminentiam unius digiti et sic servari. — Ph. Suecica Cortices in Aqua fluviatili, quotidie mutanda, macerari praescribit, donec mollescant, tunc mutata iterum Aqua coqui usque dum culmo secalino perforari queant, porro Cortices, ab albedine mundatos, cribro subverso imponi, ut ab humore superfluo liberentur; postea in vas vitreum inditis affundi Syrupum simplicem, qui eos tegat. Post diem unum alterumve Cortices eximuntur, qui Syrupo, modico calore spissato atque refrigerato, iterum immerguntur et post aliquot dierum macerationem denuo eximuntur; Syrupus residuus, cum Saccharo, iterum ad justam spissitudinem redactus, postea Corticibus adjicitur, ut supereminеat. — Si Conditum e Corticibus recentibus paratur, maceratione non opus est. — Plerumque autem emitur (I. 40.).

CONDITUM BACCARUM ALKEKENGI seu Alkekengi Conditum Bate. Eingemachte Schlutten oder Judenkirſchen. *Coquerets confits.*

Rec. Bacc. Alkekengi rec. Unc. sex. Cont. affunde Aq. Lactis Libr. unam semis, exprime succum et clarifica Albumine Ovor. Adde Bacc. rec. Alkekengi integras et leniter coque cum N. M. Drachm. tribus, Troch. Gord. Drachm. duabus, Rad. Eryng candefact. Unc. duabus ad teneritudinem. Baccis coctis et exemtis liquorem cum pari pondere Sacchari coque in Syrupi consistentiam, in quo Baccae condiantur.

CONDITUM BACCARUM BERBERIS. Eingemachte Sauerachbeeren. *Baies d'Epine vinette confites.* — Sine praevia coctione Saccharo ad consistentiam tabulati cocto immerguntur.

CONDITUM BACCARUM OXYCOCCOS. Eingemachte Moosbeeren. *Canneberges confites.* — Pari modo paratur. — Uti et

CONDITUM BACCARUM RIBIUM. Eingemachte Johannesbeeren. *Grosseille confites,* — et

CONDITUM BACCARUM RUBI IDAEI. Eingemachte Himbeeren. *Framboises confites.*

CONDITUM BACCARUM VITIS IDAEAE. Eingemachte Preißelbeeren. *Canneberges ponctuées confites.* — Pari modo paratur.

CONDITUM seu CONFECTIO CALAMI AROMATICI. Ueberzuckerter Kalmus. *Calamus aromatique confit.* — Ex Radice recenti cortice mundata, uti Caules Angelicae (p. 161.) paratur. — Ph. Suecica uti Conditum Aurantiorum (v. supra) parari praescribit.

CONDITUM CARYOPHYLLORUM uti Conditum Aurantiorum paratur. Plerumque autem ex India advehitur.

CONDITUM CATECHICINUM v. Electuarium Diascordii cet.

CONDITUM CERASORUM ACIDORUM. Eingemachte Weichſelkirſchen. *Cerises confites* — uti Conditum Baccarum Berberis cet. paratur.

CONDITUM (Radicis) CICHORII uti Caules Angelicae conditi paratur.

CONDITUM seu CONFECTIO CITRI. — Uti Conditum Aurantiorum paratur. Pariter autem plerumque emitur (I. 40.).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0216-1
DFG

CONDITUM CORNORUM. Eingemachte Dürrlitzen oder Kornelkirschen. *Cornouilles confites.* — Uti Conditum Baccarum Berberis paratur.

CONDITUM CORROBORANS seu Marmelada adstringens Swediaur.

Rec. Terebinth. coctae Unc. unam. Tere in mortario cum Bals. Copaiv. Unc. semis, adde Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Conserv. Rosar. Unc. quatuor. M. exacte.

CONDITUM CYCLAMINIS. — Uti Conditum Calami paratur.

CONDITUM seu Myva CYDONIORUM. Eingemachte Quitten, Quittenbrod. *Coings confits.* — Ex totis Fructibus maturis cortice et seminibus liberatis uti Conditum Aurantiorum paratur, omissa tamen tractatione cum Lixivio Cineris.

CONDITUM CYNOSBATOS. Eingemachte Hainbutten. *Grattes-Cu confits.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM (Radicis) ENULAE. Eingemachte Alantwurzeln. *Racine d'Aunée confite.* — Uti Conditum Calami paratur.

CONDITUM EPILEPTICUM v. Electuarium.

CONDITUM (Radicis) ERYNGII. Eingemachte Mannstreuwurzel. *Racine de Chardon Roland confite.* — Uti Caules Angelicae paratur.

CONDITUM FRAGORUM. Eingemachte Erdbeeren. *Fraises confites.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM HYDRARGYRO-UNGUINOSUM v. Linimentum mercuriale.

CONDITUM IRIDIS SACCHARATUM v. Marmelada.

CONDITUM MUSCARIUM Swediaur. Eingemachte Fliegenschwämme. *Agarique tue-Mouche confits.*

Rec. Agarici muscarii sicci Drachm. duas, Amygd. dulc. excort. Unc. unam semis, Sacch. alb. Unc. tres. Saccharo et Agarico contusis commisce pulverem cum Amygdalis et adde suff. Syr. Amygdalarum quantitatem.

CONDITUM NEPHRITICUM seu Marmelada nephritica Swediaur.

Rec. Terebinth. Scrup. duos, Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Contere et adde Roob Junip. absque Saccharo Unc. quatuor, Ocul. Cancror. ppt. Unc. semis.

CONDITUM NUCUM JUGLANDIUM. Eingemachte welsche Nüsse. *Noix confites.*

Rec. Nucum Jugland. immatur., ad finem mensis Junii collectorum, quantum vis. Perforentur undique festuca atque per sex vel octo dies in aqua macerentur, quotidie aquam recentem superaffundendo, postea ad mollitiem coquantur, Caryophyllis aromatic. et Cinnamomo hinc inde stipentur et Saccharo clarificato, ad consistentiam tabulati cocto, immergantur.

CONDITUM PECTORALE v. Electuarium.

CONDITUM seu CONFECTIO PROSCARABAEORUM v. Meloës majales Melle conditi.

CONDITUM PRUNORUM. Eingemachte Zwetschen. *Pruneaux doux confits.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM PURGATIVUM Saunders.

Rec. Arcani duplic. Drachm. unam, Crem. Tartari Unc. semis, Rad. Rhabarb. Drachm. unam semis, Pulp. Tamarind. Unc. duas. — St. Marie Rhabarb., Crem. Tartari āā Drachm. duas, Pulp. Prunor. Unc. octo et Syr. Cydon. q. s. misceri proponit. (V. etiam Pulticula saponacea.)

CONDITUM (Radicis) SATYRII. Eingemachte Stendelwurzel. *Racines de Satyrion confites.* — Uti Caules Angelicae conditi paratur.

CONDITUM (Radicis) SCORZONERAE. Eingemachte Scorzoneren oder Schwarzwurzel. *Scorzonères confites.* — Pari modo paratur.

CONDITUM TAMARINDINACEUM Swediaur.

Rec. Pulv. Fol. Senn. Drachm. tres, Crem. Tartar. Drachm. unam semis, Mannae, Pulp. Tamarind. āā Unc. unam semis, Syr. simpl. q. s.

CONDITUM UVARUM. Eingemachte Trauben. *Raisins confits.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM VERMIFUGUM seu Marmelada vermifuga Swediaur.

Rec. Ol. Terebinth. Drachm. duas, Tereb. purae Unc. unam semis. Misce triturando cum Vitello Ovi unius et adde Mellis Unc. duas. (V. etiam Electuarium.)

Alia Condita ex Vegetabilibus recentibus facile analogice methodis indicatis parari possunt, si requiruntur.

CONEINA seu CONEINUM v. Coniinum.

CONFECTIO ALKERMES Londin. sec. Ph. Wirtemberg. cet. Alkermes. *Confection d'Alkermes.*

Rec. Succi Gran. Alkermes tepefacti et colati Libr. tres, Aq. Rosar. Unc. sex, Ol. Cinnam. Scrup. semis, Sacch. puriss. Libr. unam. Saccharum cum Aqua Rosar. balnei calore liquefac in Syrupum, deinde Succum Kermes immisce et postquam refrixit Ol. Cinnam. adde vel (id quod magis commodum) Oleum Cinnam. frustulo Sacchari instilla, in Elaeosaccharum tere et tunc demum, ut eo facilius et aequabilius distribuatur, forma pulveris admisce. — Disp. Fuldense Succi Pomor. Borsdorfian. et Sacchari, Succi Chermes spissioris āā Unc. quatuor et Cinnam. alcoholisati Unc. unam l. a. misceri proponit. — Aliae formulae ad Alkermes passim magis compositae sunt. E. g. Ph. Hispan. ad Confectionem Margaritarum kermesinam seu Alkermes, Margaritar. laevigat., Lap. Lazuli laevig. āā Drachm. duas, Pulv. Cinnam. Manilensis et Lign. Aloës āā Drachm. sex cum Syr. Kermes rec., ad Mellis liquid. consistentiam inspissati, Libr. una semis misceri praescribit. — Van Mons Alumin. Scrup quatuor, Coccionell. Unc. semis, Cass. lign. et Lign. Rhodii āā Drachm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0217-7 DFG

sex, Lign. Aloës Unc. unam, Flor. Rosar. rubr. Unc. unam semis, Corall. rubr. Unc. quatuor, Gran. Kermes rec. Unc. duas, Cinnam. Unc. sex cum Syr. Kermes clari q. s. misceri proponit. — Ad Confection Alkermes modifiée Ambr. gris., Sacch. albi āā Gran. duodecim, Cinnam. Unc. unam, Syr. Kermes Unc. quatuor et Gelat. Pomor. Unc. sex misceri suadet. — Sec. MESUE: Rec. Succi Pomor. rec. Unc. sedecim, Sacch. alb. Unc. triginta Dissolutis et clarificatis addantur Succi Gran. Kermes Monspeliens. Unc. sedecim, Pulv. Cinnam. Unc. semis, Pulv. Coccionell. Drachm. tres, Fol. Auri Nro. quinquaginta. Agitentur spatula lignea in vase lapideo ad Auri foliati comminutionem. Habebis Confectionem Alkermes incompletam. — Si Confectio Alkermes completa desideratur, addantur Ambr. gris., Saccharo tritae, Gran. viginti, et Moschi, Saccharo triti, Gran. decem. — *Ph. Helvetica* sec. antiquiorem praescriptionem Lign. Aloës et Cinnam. āā Drachm. sex, Margarit. Oriental. Drachm. unam semis et Coccionellae, cum aliquot Gutt. Ol. Tart. per deliq. tritae, Drachm. semis cum Succi Pomor. Borsdorf., Sacchari et Succi Gran. Kermes āā Libr. una semis commisceri et Folia Auri triginta addi praescribit. — Aliae, uti Ph. Palatina, admiscebant porro Lap. Lazuli Drachm. unam semis. — Codex medic. Paris. Pulv. Gran. Kermes, *vulgo Pastel de Kermes*, Unc. unam, Lign. Santal. citr. Unc. unam semis, Lign. Aloës Unc. semis et Rhodii Drachm. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Drachm. sex, Cinnam. acuti Unc. tres, Cass. lign. Drachm. tres, Coccionell. Drachm. tres, Margarit. Orient., Corall. rubr. āā Unc. unam et Fol. Auri Scrup. unum in pulverem redigi praescribit, et hujus pulveris Unc. semis cum Syr. kermesin. Unc. quatuor, qui balneo Mariae calefactus, per setaceum trajectus et ad Syrupi consistentiam inspissatus fuit, commisceri praescribit.

CONFECTIO AMYGDALARUM Ph. Londin. Mandelconfect. *Confection d'Amandes.*

Rec. Amygdal. dulc. Unc. unam, Gummi Arab. pulv. Drachm. unam, Sacch. purif. Unc. semis. Amygdalis prius in Aqua maceratis, demtisque pelliculis, omnia simul contunde, donec corpus unum sit. — VAN MONS Gummi Arab. Part. unam, Sacch. albi Part. duas et Amygdal. dulc. Part. quatuor l. a. optime misceri praescribit.

CONFECTIO AMYGDALARUM SICCA seu Amygdalae tostae et saccharatae. Geröſtete Mandeln. *Amandes confites.* — Parantur incrustando Amygdalas dulces excorticatas et paulisper torrefactas Saccharo clarificato et ad consistentiam tabulati cocto, dum in illud immersae, vase de igne demto, tamdiu moventur, donec Saccharum refrixerit et induruerit, plerumque colorantur paullo Pulv. Lign. Santal. rubri vel Croci et Pulv. Cinnam. aromatisantur.

CONFECTIO ANACARDINA Disp. Viennens.

Rec. Myrobalan. Chebul., Emblic., Belliric., Indar., Pip. nigr. et longi, Castor. āā Drachm. duas, Anacard. ppt., Sem. Nigell., Bacc. Lauri āā Drachm. sex, Rad. Cyperi rot. Unc. semis. Omnibus pulveratis et mixtis additur Mellis Triplum, ut f. electuarium.

CONFECTIO (Seminis) ANISI. Ueberzuckerter Anis. *Anis confit.* — Uti Confectio Seminis Cinae paratur.

CONFECTIO ANISI LAXATIVA Ph. Wirtemberg. Ueberzuckerter Laxiranis. *Confection d'Anis laxativ.*

Rec. Sem. Anisi electi Unc. unam semis, Sacch. alb. Libr. unam, Diacryd. sulphurati Drachm. unam, Rad. Mechoac. alb. et Jalapp. resinos. āā Unc. semis, Cinnam. acuti Drachm. unam. Immittatur Sem. Anisi integrum aheno confectorio, super ignem collocato, atque affundantur aliquot cochlearia Sacchari clarific., moxque inspergatur purgantium pulveris subtilissimi non nihil; exsiccato leni calore Aniso denuo affundatur Saccharum et inspergatur pulveris portio, atque labor, Saccharum affundendo, pulverem inspergendo et Anisum rursus exsiccando, continuetur, dum omnis pulvis inspersus et Anisum Saccharo probe incrustatum sit. — SPIELMANNUS sec. JUNGKEN Sem. Anisi purgati Unc. tres cum Sacch. Libr. duabus, Resin. Jalapp., Pineis tritae, Drachm. tribus cum dimidia et Pulv. Cinnam. Drachm. duabus l. a. incrustari praescribit.

CONFECTIO ARCHIGENIS Ph. Augustan.

Rec. Castor., Piper. longi et nigri, Styracis, Spic. Nard., Rad. Costi, Galbani, Opii āā Unc. semis, Croci Drachm. duas. F. cum s. q. Mell. desp. electuarium. (V. etiam Confectio PAULINA.)

CONFECTIO AROMATICA Ph. Londin. Gewürzlatwerge. *Confection aromatique.*

Rec. Cinnam., Nuc. Moschat. āā Unc. duas, Caryoph. Unc. unam, Cardam. Unc. semis, Croci Unc duas, Conch. ppt. Unc. sedecim, Sacch. albiss. triti Libr. duas, Aquae Octar. unum. Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum aquam paullatim adjice et misce donec corpus unum sit.

CONFECTIO AROMATICA VAN MONS.

Rec. Nuc. Moschat. Part. unam, Condit. Aurant. Part. quatuor, Condit. Zingib. Part. sex. Triturentur omnia exactissime, et fiat cum s. q. Syr. Flor. Tunicae Confectio. (V. etiam Confectio cordialis et Electuarium.)

CONFECTIO seu CONSERVA AURANTIORUM Ph. Londin. Pomeranzenſchalen-Confect oder Conſerve. *Confection d'Oranges.*

Rec. Cort. Aurant. exterioris rec., radula separati, Libr. unam, Sacch. albissimi Libr. tres. Corticem in mortario lapideo, pistillo ligneo contunde, tum, adjecto Saccharo, iterum contunde, donec corpus unum sit. — VAN MONS ad duas Cort. Part., unam tantummodo Sacchari Partem sumi proponit, cortices Aqua tepida emolliri, tunc rejecta aqua et parum siccata in mortario teri et Saccharum admisceri. (V. etiam Conditum et Conserva.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0218-3 DFG

CONFECTIO CALAMI AROMATICI sec. Van Mons.

Rec. Rad. Calam. arom. sicc. et mund. Part. duas. Macera Aqua tepida in vase clauso ad mollitiem, tunc pinsantur in mortario marmoreo, et parum calefactae trajiciantur per cribrum et addantur Sacch. Part. tres, quae cum pulpa Calami in justam consistentiam evaporentur. (V. etiam Conditum.)

CONFECTIO CARDIACA v. Confectio cordialis.

CONFECTIO CASSIAE seu Fistulae Ph. Londin. cet. Caſſienlatwerge. *Confection de Cassia.*

Rec. Pulp. Cassiae rec. Libr. semis, Mann. Unc. duas, Pulp. Tamarind. Unc. unam, Syr. Rosar. Octar. semis. Mannam contunde, tum, balneo Mariae, in Syrupo liqua; deinde admisce Pulpas, et humorem consume, donec idonea fiat crassitudo. — Ph. Ferrariens. formula cum hac congruit. — Ferrarini insuper Pulv. Cinnam. Drachm. duas addi proponit. (V. etiam Conserva et Electuarium.)

CONFECTIO CHINAE, KINAE seu QUINAE ADSTRINGENS, ANTILEPTICA ET ANTIMONIALIS v. Electuarium.

CONFECTIO (Radicis) CICHORII uti Confectio Calami paratur.

CONFECTIO (Seminis) CINAE seu Cynae sive Santonici. Ueberzuckerter Wurmſamen. *Confection de Sementine.*

Rec. Seminis Cinae, a stipitibus aliisque quisquiliis optime mundati, Unc. quatuor. Immittantur cacabo aheneo amplo, super lenissimum ignem suspenso, quibus paullatim adfundatur Sacchari albiss., ad consistentiam tabulati cocti, Libra una, vel quantum sufficit. Agitetur cacabus assiduo et spatula lignea probe intermisceantur, tum semirefrigeratis manu leviter terantur, ut globuli minuti formentur, donec omnia sicca adpareant; tunc vero partes pulverulentae et semina non satis incrustata cribri ope ab incrustatis separentur, et mundato cacabo denuo incrustentur, quod toties repetendum, donec omnia Saccharo rite obducta sint.

CONFECTIO CINNAMOMI REGIA Mynsichti.

Rec. Chocoladae Unc. quatuor, Nuc. Indic. condit. Nro. tres. Probe contusis addantur Confect. Alkermes Unc. una, Ol. Cinnam. Drachm. semis, Syr. Cinnam. Unc. sex. Probe omnia misceantur.

CONFECTIO COMMUNIS Ph. Genevens.

Rec. Terrae sigill., Ocul. Cancror. āā Unc. tres, Cinnam. Unc. unam, Fol. Dictamn. Cretic., Lign. Santali citr. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Croci Unc. semis, Syr. Citri Unc. duas, Mell. Unc. duas semis. M. (V. etiam Confectio de Hyacintho.)

CONFECTIO CORDIALIS seu Electuarium aromaticum Ph. Lusitanicae.

Rec. Pulv. aromat. (Lusit.) Unc. quatuor, Conserv. Cort. Aurant. Unc. sex, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. electuarium. (V. etiam Confectio aromatica, Santali cordialis et Electuarium.)

CONFECTIO CROCI COMPOSITA, Electuaire absorbant-aromatique Henry et Guibourt. — In summa rei cum Confectione communi Ph. Genev. congruit.

CONFECTIO CUBEBARUM. Ueberzuckerte Cubeben. *Cubebes sucrées.* — Uti Confectio Seminis Cinae paratur.

CONFECTIO CYDONIORUM Van Mons.

Rec. Cydonior. quantum vis. Discinde in segmenta et demtis capsulis cum seminibus, digere in aqua calida, ut mollescant, tunc trajice pulpam per setaceum, pulpae admisce Sacchari triplum Pondus adhibitorum Cydoniorum et evapora ad justam spissitudinem.

CONFECTIO CYNOSBATI Van Mons. Hainbuttenconfect. *Confection de Cynorrhodon.* — Ex Cynosbatis, seminibus setisque purgatis pari modo paratur, ad unam autem Fructus, duas tantummodo Sacchari Partes sumendo. (V. etiam Confectio Rosae caninae, Conserva et Roob.)

CONFECTIO DIAPRUNUM seu Prunorum v. *Pruna laxativa*

CONFECTIO DIASCORDII v. Electuarium.

CONFECTIO ENULAE Van Mons. Alantconfect. *Confection d'Aunée.* — Ex Radice Enulae siccata cum Triplo Sacchari uti Confectio Calami paratur.

CONFECTIO FISTULAE v. Confectio Cassiae.

CONFECTIO (Seminum) FOENICULI uti Confectio Seminum Cinae paratur. — Piderit Saccharo etiam pauxillum Amyli addi proponit.

CONFECTIO HAMECH Rhazes CORRECTA.

Rec. Rad. Polypod. Drachm. duodeviginti, Prunor. dulc., Passul. āā Unc. octo, Mirobalan. citr. Unc. sex, Hb. Absinth. vulg. Unc. semis, Hb. Thymi Unc. unam, Cuscutae Unc. duas, Rad. Rhabarb. Unc. duas semis, Fol. Senn. Unc. unam, Colocynth. a Seminibus liberat., Agaric. albi āā Drachm. duodeviginti, Flor. Rosar. rubr., Sem. Anisi et Foenic. āā Drachm. sex, Sem. Viol. Unc. duas. Inc. cont. macerentur per 24 horas cum Seri Lactis Unc. ducentis octoginta octo. Deinde bulliant per horam, fiat colatura cum forti expressione, residuum bulliat cum Aquae Unc. ducentis et sexaginta per semihoram; decoctum fortiter exprimatur et priori adjiciatur; omnis liquor post 24 horas decanthetur a faecibus et blando calore vaporet ad consumtionem tertiae Partis; addantur Sacchari Unc. duodeviginti; coquantur ad consistentiam Syrupi tenuioris, in quo dissolvantur Mannae Unc. duae, Pulp. Cassiae Unc. quatuor, Pulp. Tamarind. Unc. quinque. His refrigeratis addatur et probe misceatur Pulvis constans ex Diacrydii Unc. una semis, Mirobalanor. Drachm. duodeviginti,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0219-1
DFG

Rhabarb. Drachm. tribus, Sem. Anisi, Spicae Nardi āā Drachm. duabus. — Ph. Argentoratensis et Palatinae cet. praecepta magis etiam composita, in summa rei autem cum hac congruunt. — Compositio quam maxime complicata, inconcinna, hodie vix merito adhibetur.

CONFECTIO HYACINTHORUM COMPOSITA seu cum Acido, hyacinthina sive de Hyacintho Ph. Wirtemb.

Rec. Spec. de Hyacintho Unc. unam, Syr. Acetositat. Citri Unc. tres. Mixta reponantur in vase porcellaneo satis magno, ne ob effervescentiam vas rumpatur. — Spielmannus et Ph. Parisiens. Pulv. Croci Unc. semis, Syr. Citri e toto Unc. duas et triginta optime misceri et Lap. Hyacinth. ppt. Unc. semis, Ocul.. Cancri ppt., Terrae sigillat. āā Unc. tres, Pulv. Cinnam. Unc. unam, Hb. Dictamni Cretici, Ligni Santal. citr. āā Drachm. tres et Myrrh. el. Drachm. duas, omnibus subtilissime pulveratis et bene mixtis, addi praescribit. — Ph. Gallicae compositio in summa rei cum hac congruit, praescribit autem Croci tantum Drachm. tres et insuper Pulv. Santali rubri tantundem, porro Ol. Citri, cum Saccharo triti, Gutt. sex et Syr. Citri loco Mell. Narbonnens., Syr. Capill. Vener. et Sacchari āā Libr. semis et Aquae q. s. sumi. — Ph. Hispanica Lap. Hyacinth. ppt. Unc. unam, Corall. rubr. ppt., Terrae sigill., Lign. Santal. citr., Cornu Cervi āā Unc. semis, Rad. Tormentill., Dictamni albi, Gran. Kermes, Myrrh., Flor. Rosar. rubr., Sem. Citri excort., Acetosae et Portulacae āā Drachm. duas, Margarit. laevig., Croci āā Drachm. unam, Flav. Cort. Citri et Aurant. āā Scrup. duos cum Syr. Limon. rec. Libr. duabus semis l. a. misceri praescribit. — Ph. Sardoae formula in summa rei cum hac congruit, addi autem insuper praescribit Fol. Auri et Argenti āā Drachm. semis. — Alias formulas pristinas, parum passim discedentes, praetereamus.

CONFECTIO HYDRARGYRI seu mercurialis Davies. — Fit terendo Mercurii vivi et Mannae elect. āā Part. aequales, donec Mercurius plane extinctus sit.

CONFECTIO JAPONICA Ph. Paris.

Rec. Catechu Unc. quatuor, Kino Unc. tres, Cinnam., Nuc. Moschat. āā Unc. unam, Opii, in Vino Hispanico soluti, Drachm. unam semis, Syr. rosat. Libr. duas cum quarta. (V. etiam Electuarium Diascordii Fracastorii, lenitivum, sedativum et adstringens.)

CONFECTIO JALAPPAE COMPOSITA Ph. nosoc. St. Bartholom.

Rec. Pulv. Rad. Jalappae Drachm. tres, Crem. Tartari Unc. duas semis, Rad. Zingib. Drachm. unam, Confect. Rosae caninae Unc. semis, Syr. Zingib. q. s., ut f. Conserva.

CONFECTIO IRIDIS. Schwertlilienconfect. *Confection d'Iris Van Mons.* — Uti Confectio Calami ex Radice siccata et Saccharo paratur.

CONFECTIO KINAE cet. v. Confectio Chinae cet.

CONFECTIO LIMATURAE MARTIS Disp. Fuldens. — Uti Confectio (Seminis) Cinae paratur.

CONFECTIO ADVERSUS LUMBRICOS Zwelferi cum Confectione (Seminis) Cinae congruit.

CONFECTIO MARGARITARUM KERMESINA v. Confectio Alkermes.

CONFECTIO MITHRIDATICA Damocratis v. Electuarium.

CONFECTIO OPII Ph. Londin.

Rec. Opii duri triti Drachm. sex, Piper. longi Unc. unam, Rad. Zingib. Unc. duas, Sem. Carvi Unc. tres, Gummi Tragac. trit. Drachm. duas, Syrupi Octarium unum. Misce exactissime. — Gray Opii puri Drachm. sex, Piper. longi, Rad. Zingib., Sem. Carvi āā Unc. duas, Syr. Papav. albi, ad Mell. consistentiam evaporati, Unc. viginti et Drachm. duas misceri proponit. (V. etiam Electuarium Opii et theriacale.)

CONFECTIO PASSULATA Ph. Sardoae.

Rec. Fol. Senn. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. quatuor, Sacch. albi, Passul. min. āā Libr. unam, Ol. Citri Gutt. viginti. Digere Sennam in Aqua bulliente et in colatura coque Passulas; pulpam per cribrum setaceum trajice, cum Saccharo ad plumam cocto blando eam igne ad electuarii consistentiam inspissa et refrigeratae adde Oleum cum Sacchari pauxillo contritum. — Addendo hujus electuarii Unciae semis Pulv. Jalapp. Drachm. unam Confectio passulata cathartica obtinetur. (V. etiam Passulae laxativae.)

CONFECTIO POST PARTUM IN MORSELLIS Ph. Augustanae.

Rec. Sem. Anisi, Foenic., Carvi, Coriandri, Rad. Zingib. albi āā Drachm. unam semis, Calami arom., Nuc. Moschat. āā Drachm. unam, Cinnam. el. Drachm. duas, Sacch. albi Libr. unam semis. Semina maneant integra, reliqua vero diligenter incidantur et cum s. q. Aq. Rosar. f. Morselli, qui aromatisentur Moschi Orient. Gran. duobus.

CONFECTIO Paulina seu Archigenis Gray.

Rec. Rad. Costi vel Zedoar., Cinnam., Piper. longi, nigri, Styracis, Galbani, Opii, Castorei Russici āā Unc. duas, Syr. simpl., ad Mell. consistentiam cocti, Unc. quadraginta octo. (V. Confectio Archigenis.)

CONFECTIO PECTORALIS Ph. Augustan.

Rec. Pulv. Rad. Ireos flor. Drachm. tres, Rad. Liquir. Drachm. unam, Cinnam. acuti Drachm. duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam, Caryoph. Scrup. duos, Macid. Scrup. unum, Spec. Diaireos simpl. et Tragac. frig. āā Drachm. duas, Pulv. Zingib. alb. Drachm. tres, Croci Scrup. semis, Sacch. albi, in Aq. Farfarae dissoluti, Unc. viginti. F. l. a. Tabulae aut Morselli.

CONFECTIO PIPERIS NIGRI Ph. Londinens. Schwarzen Pfeffer-Confect oder Latwerge. *Confection de Poivre noir.*

Rec. Piper. nigr., Rad. Enul. āā Libr. unam, Sem. Foenic. Libr. tres, Mell., Sacch. albi āā Libr. duas. Arida simul in pulverem subtilissi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0220-2
DFG

mum tere, deinde adjecto Melle contunde, donec corpus unum sit.

CONFECTIO POTASSAE NITRATIS Ph. nosoc. St Bartholom. — Fit miscendo Nitri dep. Drachm. unam cum Conf. Rosar. rubr. Unc. una.

CONFECTIO DE PRUNIS v. Pruna laxativa.

CONFECTIO DE REBECHA v. Trochisci bechici albi.

CONFECTIO ROSAE seu Rosarum v. Conserva et Saccharum.

CONFECTIO ROSAE CANINAE Ph. Londin. Hundsroſenconfect. *Confection de Roses sauvages.*

Rec. Pulp. Rosae canin. (Cynosbati) Libr. unam, Sacch. albi Unc. viginti. Pulpam in balneo Mariae leni calori expone, tum Saccharum paullatim adjice et tere simul, donec corpus unum sit. (V. etiam Conditum, Confectio Cynosbati et Conserva.)

CONFECTIO ROSAE GALLICAE Ph. Londin. Rothe Roſen-Confect- oder Conſerve. *Confection de Roses rouges.*

Rec. Petalor. Rosae Gallic. nondum explicator., abjectis unguibus, Libr. unam, Sacch. albi Libr. tres. Petala in mortario lapideo contunde; tum adjecto Saccharo iterum contunde, donec corpus unum sit. (V. etiam Conserva et Electuarium.)

CONFECTIO ROSARUM RUBRARUM ADSTRINGENS v. Electuarium adstringens.

CONFECTIO RUTAE Ph. Londin. Rauten-Confect. *Confection de Rue.*

Rec. Hb. Rutae sicc., Sem. Carvi, Bacc. Lauri āā Unc. unam semis, Sagapeni Unc. semis, Piper. nigri Drachm. duas, Mell. desp. Unc. sedecim. Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum adjecto Melle omnia misce.

CONFECTIO SANTALORUM CORDIALIS v. Confectio cordialis et Electuarium cordiale.

CONFECTIO SCAMMONIAE Ph. Londin. Scammoniumconfect- oder Latwerge. *Confection de Scammonée.*

Rec. Scammon. triti Unc. unam semis, Caryoph. cont., Rad. Zingib. cont. āā Drachm. sex, Ol. Carvi Fluidrachm. semis, Syr. Rosar. q. s. F. l. a. electuarium, uti in Confectione Rutae cet. (V. etiam Electuarium purgans et Scammonii.)

CONFECTIO SENNAE Ph. Londin. Sennesblätterconfect- oder Latwerge. *Confection de Séné.*

Rec. Fol. Senn. Unc. octo, Caric. Libr. unam, Pulp. Tamarind., Cassiae et Prunor. āā Libr. semis, Sem. Coriandr. Unc. quatuor, Rad. Liquir. Unc. tres, Sacch. alb. Libr. duas semis. Fol. Sennae cum Sem. Coriandri tere et cribro separa pulveris misti Unc. decem. Residuum cum Caricis et Liquiritia ex Aq. Octariis quatuor ad Dimidium decoque, deinde exprime et cola. Liquorem colatum balneo Mariae consume, donec Octarius unus cum semisse ex toto restet; tum, adjecto Saccharo, fiat Syrupus. Denique cum Syrupo Pulpas paullatim contere, et, injecto pulvere cribrato, omnia misce.

CONFECTIO SENNAE COMPOSITA Ph. nosoc. St. Bartholom. — Fit admiscendo Confect. Sennae Unc. duabus Rad. Jalappae Drachm. unam, Crem. Tartari Drachm. duas, Rad. Zingib. Drachm. semis et Syr. q. s. (V. etiam Electuarium antihaemorrhoidale, aperiens, lenitivum, e Senna et Tamarindorum cet.)

CONFECTIO SPONGIAE USTAE Ph. nosoc. St. Bartholom. — Fit miscendo Spong. combust. Unc. unam cum Syr. Aurant. q. s.

CONFECTIO STANNI Ph. nosoc. St. Bartholom. — Fit miscendo Stanni limati Unc. unam cum Confect. Rosae caninae Unc. duabus.

CONFECTIO SULPHURIS COMPOSITA Ph. nosoc. St. Bartholom. — Miscella est Lact. Sulphuris Unc. semis, et Crem. Tartari Drachm. unius cum Mellis desp. Unc. una.

CONFECTIO (Florum) TANACETI SICCA Disp. Fuldens. Ueberzuckerte Rainfarnblumen. *Fleurs de Tanaisie confits.* — Pari modo atque Confectio Seminis Cinae (p. 197.) paratur. (V. etiam Conserva.)

CONFECTIO VERMIFUGA = Confectio *Seminis Cinae.*

CONFECTUM PRO OCULIS seu opticum Disp. Brandenburg.

Rec. Semin. select. Anisi, Apii, Cardamomi, Carvi, Cubebar., Erucae, Rutae āā Unc. semis, Coriandri Drachm. decem, Cumini, Seseleos āā Unc. unam, Sacch. Canariens. albiss., in Aq. Euphras. et Foenic. āā soluti, Libr. tres aut q. s. Fiat incrustando l. a. Confectum.

Alias compositiones vetustiores ad parandas Confectiones compositas praetereamus.

† CONIINUM seu CICUTINUM. Coniin oder Cicutin, Schierlingsſtoff. *Coniine ou Cicutine.*

Rec. Seminum (Fructuum) Cicutae (Conii) Libras quatuor. Contunde optime, immitte in vesicam destillatoriam et superaffunde Aquae Libras viginti quatuor et Lixivii caustici Libram unam, vel Calcis extinctae Libras duas et Cineris clavellati Libram semis. Omnibus bene mixtis, fiat destillatio, quamdiu Aqua alcalina odore Coniini transit, quae Spiritu Vitrioli saturata, lenissimo calore, adhibito balneo Mariae, evaporet ad syrupi spissitudinem. Residuum hoc tractetur iterate cum Spiritu aethereo ex una Naphthae Vitrioli Parte et duabus Spiritus Vini alcoholisati, p. sp. 0,82, Partibus constante, miscellam saepius vehementer et per longius tempus conquassando, donec nova quantitate nihil amplius extrahatur. Ex liquore claro Aether et Spiritus abstrahitur, et residuum in patina aperta leni calore balneo Mariae exponitur, saepius paullulum Aquae adjiciendo, donec

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0221-8

omnis spiritus in auras abierit. Tunc liquor in retortam immittitur, dimidium circiter Pondus Lixivii caustici kalini admiscetur, et, adaptato recipiente, in balneo Calcis salitae, igne vivace, destillatur ad siccum. Residuo in retorta admiscetur iterum Lixivium cum Aqua et destillatur denuo, quod repetendum, quamdiu Aqua Coniino onusta transit. Coniinum ab aqua infundibili separatorii ope secernitur et per se igne vivace rectificatur. (Si purissimum desiderabis, cum Calcio chlorato [p. 148.] tractari oportet, donec Calx a Coniino non amplius humorem attrahit, et denuo rectificari, quod autem ad usum medicum superfluum.) — Liquor est decolor, oleosus, aqua levior (p. sp. 0,89), odore penetrante nauseoso, murino et Conii subsimili, sapore nauseoso-acri, tabacino, alcalium modo reagit; volatile est et calore 150° R. ebullit et destillatur, cum aqua mixtum facilius destillatur; facile flammam concipit et olei instar comburitur. — *Part. const.:* Carbonei 12, Hydrogenii 28, Oxygenii 1 et Azoti 1 Pond. Mixt. — Facillime Coniinum alteratur, aëre mox colorem fuscum assumit, (quam ob causam in vasis hermetice clausis, e. g. in tubulis vitreis flando clausis, asservandum). Acidum nitri colore sanguineo imbuit, acidum salis et sulphuricum, admisso aëre pariter colorem rubrum vel viridem aut coeruleum pro ratione concentricitatis provocant. Non admodum solubile in aqua et quidem solubilius in frigore quam in calore! Temperatura ordinaria 100 circiter aquae partes requirit. Coniinum ipsum aquam recipit et pariter plùs in frigore quam in calore, qua de causa Coniinum hydratum, methodo descripta paratum, ipso calore manus turbatur; facillimum solutu in spiritu vini et aethere — Acida Coniinum neutralisat et salia format passim crystallisabilia, sapore fortissimo Coniini, facillima solutu in aqua et spiritu vini, in aethere puro non; aëris aditu pariter alterantur et passim colorem rubrum, viridem et coeruleum, postremo, praecipue calore adjuvante, fuscum assumunt; solutiones aquosas (uti et Coniini ipsius) tincturae iodi ope turbantur colore croceo, mox evanescente, tincturae gallarum ope in floccis subgriseis praecipitantur; alcalia anorganica Coniinum oleiforme immutatum nudant. — *Vis:* maxime narcotica et toxica, in exigua jam dosi tetanum provocans et facile lethalis; vapores jam capitis dolores, vertiginem cet. efficiunt et lacrymas eliciunt. (V. Herba et Semen Cicutae I. 108. et 314.) — *Usus:* In solutione aquosa, spirituosa vel aetherea, aut cum acidis junctum. — Principium hoc peculiare alcalinum est substantia Cicutae medicatrix et medicorum attentione summopere dignum; summa autem cum circumspectione in exigua dosi administrandum!

**CONSERVAE.** Conſerven, Kräuterzucker. *Conserves.* — Plerumque ex vegetabilibus recentibus succulentis cum Saccharo conficiuntur. Folia, Flores, Radices cet. minutim conscinduntur, tunc conquassantur in mortario lapideo pistilli lignei ope in pulpam tenerrimam et commiscentur intime cum Saccharo albissimo, ut corpus unum fiat. Pro natura partium vegetabilium plus minus succulenta duas ad quatuor, imo quinque Sacchari Partes ad unam vegetabilium requiruntur. Melius plus quam minus sumitur, ut bene conserventur. — Ph. Parisiensis Vegetabilia recentia cum pari pondere Sacchari contundi, tunc cum duodenaria Sacchari portione, in electuarii solidi consistentiam cocti, commisceri praescribit, quod minus apte et nimium Sacchari. — De aliis methodis, e. g. Ph. Gallicae, v. Conserva Rosarum et aliae. — Conservae in vasis parvis siccis, bene clausis, loco sicco umbroso asservandae. Sic paratur:

CONSERVA ABSINTHII. Wermuthconſerve. *Conserve d'Absinthe*, ex una Herbae rec. Parte cum Summitatibus et tribus Sacchari Partibus. Plures Pharmacopoeae (e. g. Wirtembergica) duas tantummodo Sacchari Partes sumi praescribunt; aliae (ut Ph. Sardoa) unam tantum sumi proponit, quod parum. — Ph. d'Anvers minus apte Pulv. Hb. siccatae Absinth. Part. unam cum Aq. Part. duabus et Sacch. Partibus quinque misceri proponit; quod praeparatum improprie Conservae nomen gerit.

CONSERVA ABSINTHII MARITIMI ET PONTICI. — Pari modo parantur.

CONSERVA ACETOSAE. Sauerampher-Conſerve. *Conserve d'Oseille.* — Ex una Herbae rec. et quatuor Sacchari Partibus paratur. — Pari modo

CONSERVA ACETOSELLAE seu Oxalidis. Sauerkleeconſerve. *Conserve d'Alleluja.* — paratur.

† CONSERVA ACONITI. Eiſenhütleinconſerve. *Conserve d'Aconit.* — Pari modo, sed ex una Herbae rec. Aconiti NAPELLI Parte acerrimae, ante florum evolutionem collectae, cum quinque Sacchari Partibus paratur.

CONSERVA seu CONDITUM (Herbae) ADIANTHI ALBI uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA ADSTRINGENS v. Electuarium.

CONSERVA AGARICI IN PHTHISI TUBERCULOSA DUFRESNOY.

Rec. Agarici piperati seu deliciosi L., Sperm. Ceti, Lapid. Cancror., Flor. Sulph. āā Drachm. duas, Conserv. Rosar. Unc. semis, Syr. Millefolii q. s., ut f. Conserva.

CONSERVA AGRIMONIAE uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA AMYGDALARUM v. Confectio et Emulsio.

CONSERVA ANGELICAE. Angelikaconſerve. *Conserve d'Angelique* — ex Herba recenti cum Stipitibus tenellis uti Conserva Ab-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0222-4
DFG

sinthii paratur. — Ph. Gallica ex Radice parari praescribit, uti Confectionem Calami sec. Van Mons, ad unam Pulpae, evaporatione in massam molliorem redactae Partem, quinque Sacchari Partes sumendo.

CONSERVA ANTHOS seu Rorismarini. Rosmarinconſerve. *Conserve de Romarin.* — Ex Floribus recentibus uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA ANTHELMINTICA seu Rosarum mercuriata Ferrarini.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. rec. Unc. unam semis, Mercur. vivi Unc. semis. Agita simul ad extinctionem Mercurii. (V. etiam Boli coerulei p. 133.)

CONSERVA ANTISCORBUTICA sec. Cadet.

Rec. Hb. rec. Cochlear., Nasturt. aq., Trifolii, Succi Raphani, Aurantiorum (Bigarade) ana Part. aequales, Sacch. albi q. s. F. l. a. Conserva. — Saunders Conservae Nasturtii Unc. quinque cum Sal. polychresti Seignette Drachm. una misceri proponit. — Va Succi Armoraciae, Cochlear. et Trifol. ana Unc. duas cum s. q. Sacchari misceri suadet.

CONSERVA APII Ph. Gallicae. Sellerie-Conſerve. *Conserve d'Ache.* — Ex una Pulpae Radicum et quatuor Sacchari Partibus uti Conserva Angelicae paratur.

CONSERVA ARI. Aronconſerve. *Conserve de Gouet.* — Ex Radice recenti mundata et bene contusa cum Saccharo uti Conserva Acetosae paratur. — Pari modo paratur

CONSERVA ARMORACIAE. Meerrettigconſerve. *Conserve de Raifort sauvage.*

CONSERVA ARTEMISIAE RADICIS. Beyfußwurzelconſerve. *Conserve d'Armoise.* — Pariter ex Radice recenti bene mundata et optime contrita cum quatuor Sacchari Partibus paratur.

CONSERVA ATRIPLICIS OLIDAE seu Vulvariae. Stinkende Meldenconſerve. *Conserve de Pied d'Oie puante,* — ex Herba recenti pari modo paratur.

CONSERVA AURANTIORUM CORTICUM cum Confectione sec. Ph. Londin. congruit. — Ph. Lusitan. ad unam Corticum Partem duas solummodo Sacchari Partes praescribit. — Ph. Sardoa Pulpae ex Cort. Aurant. Libr. duas cum Sacchari Libr. tribus praescribit. Ex Corticibus autem antea balnei Mariae ope Unc. duas Aquae abstrahi, tunc Cortices in pulpam redactos cum Saccharo clarificato evaporatione ad justam consistentiam redigi et postremo Aquam primum destillatione obtentam adjici. — Conserva (Florum) Aurantiorum v. Conserva (Florum) Naphae.

CONSERVA AURANTIORUM E PULPA. — Paratur conquassando Pulpam Aurantiorum, abjectis Seminibus, Cortice et Tunicis cellulosis cum Duplo Sacchari, donec in corpus unum coeant.

CONSERVA (Florum) BALAUSTIORUM seu Granatorum. — Uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA BECCABUNGAE. Bachbungen-Conſerve. *Conserve de Beccabunga.* — Uti Conserva Acetosae paratur.

† CONSERVA BELLADONNAE EX HERBA, nec non ex RADICE RECENTI. Tollkrautconſerve. *Conserve de Belladonne.* — Uti Conserva Cicutae paratur.

CONSERVA BELLIDIS MINORIS. Masliebenconſerve. *Conserve de petite Marguerite.* — Ex Floribus recentibus uti Conserva Absinthii paratur. — Pari modo ex Floribus recentibus a caliculis liberatis paratur

CONSERVA BETONICAE. Betonienconſerve. *Conserve de Betoine,* — et

CONSERVA BORRAGINIS. Boretſchconſerve. *Conserve de Bourrache,* — uti ex Herba recenti cum Summitatibus

CONSERVA BOTRYOS AMBROSIOIDIS seu Mexicanae. Mexikaniſch Traubenkraut-Conſerve. *Conserve de Thé d'Espagne* ou *de Mexique,* — porro

CONSERVA BUGLOSSI. Ochſenzungenconſerve. *Conserve de Buglosse,* — ex Floribus recentibus; — non minus ex Flor. totis recentibus

CONSERVA CALENDULAE. Ringelblumen-Conſerve. *Conserve de Souci.* — Pari modo ex Herba recenti

CONSERVA CAPILLORUM VENERIS. Frauenhaarconſerve. *Conserve de Capillaire.* Ph. Hispanica Herbae Aquae paullulum addi praescribit, ut fiat pinsendo massa mollis et tenuissima, tunc addi Sacchari Duplum.

CONSERVA CARDUI BENEDICTI. Cardobenedictenconſerve. *Conserve de Chardon bénit.* — Pariter atque Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA (Florum) CARYOPHYLLORUM v. Conserva Tunicae.

CONSERVA CASSIAE seu Fistulae Ph. Lusitan. — Miscella est ex Pulpae Cassiae Parte una et Sacchari albi pulv. Partib. duabus. — Ph. Gallica ad Conservam Cassiae seu Cassiam coctam Pulpae Cassiae Part. sedecim, Syr. Violar. Part. duodecim, Sacch. Part. tres praescribit ad extracti mollis consistentiam evaporando redigi, tunc addi Ol. Naph. Part. centesimam.

CONSERVA CENTAURII MINORIS ex Summitatibus recentibus uti Conserva Absinthii paratur. — Uti et

CONSERVA CHAMAEDRYOS, — et

CONSERVA CHAMAEPYTHYOS.

CONSERVA CHEIRI seu Keiri ex Floribus pari modo paratur.

CONSERVA CHELIDONII uti Conserva Cicutae paratur.

CONSERVA CICHORII. Wegwartconſerve. *Conserve de Cichorée.* — Ex Floribus recentibus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0223-0

uti Conserva Absinthii paratur. — Ex Radice autem uti Conserva Angelicae paratur.

†CONSERVA CICUTAE seu Conii. Schierlingsconſerve. *Conserve de Ciguë* — Simili modo atque Conserva Aconiti ex Herba recenti, e planta caulescente, paullo ante florescentiam una cum petiolis collecta et minutissime concisa et contusa, cum Quintuplo Sacchari albissimi paranda. — Ph. Herbipolitana et aliae inepte Duplum solummodo Sacchari sumi praescribunt.

† CONSERVA CICUTAE AQUATICAE. Waſſerſchierlingconſerve. *Conserve de Ciguë aquatique.* — Pari modo paratur. — Efficacior fiat Conserva ex Radice, quae autem cautissime adhibenda.

CONSERVA CITRI CORTICUM Ph. Ferrariens. — Fit emolliendo Cortices in Aqua et triturando Cortices emollitos cum Triplo Sacchari.

CONSERVA CITRI E PULPA—uti Conserva Aurantiorum paratur. (V. etiam Conditum et Confectio.)

CONSERVA COCHLEARIAE. Löffelkrautconſerve. *Conserve de Cochlearia.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Pharmacopoeae plerumque tres vel adeo duas tantummodo Sacchari Partes ad unam Herbae recentis praescribunt, quod nimis paullum. Melius ad unam Herbae recentis quinque Sacchari Partes sumantur.

CONSERVA CONSOLIDAE MAJORIS seu Symphyti Ph. Sardoae. Beinwell- oder Schwarzwurzelconſerve. *Conserve de grande Consoude.* — Ex Radice recenti uti Confectio Calami Van Mons paratur, ad unam Pulpae inspissatae Partem, duas Sacchari Partes sumendo. Melius Radix recens cum Quadruplo Sacchari, uti ad Conservam Acetosae praescriptum, tractetur.

CONSERVA CORNORUM Saunders, — ex una Fructuum Corni in Pulpam redact. et tribus Sacchari Partibus l. a. paratur. — Ph. Parmensis Duplum Sacchari praescribit et Libr. tribus Conservae Spiritus Vitrioli Drachm. unam addi jubet. (V. etiam Conditum.)

CONSERVA COSTAE ex Herba recenti uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA CYDONIORUM. Quittenconſerve. *Conserve de Coings.* — Uti Conserva Cornorum paratur. (Conf. etiam Conditum, Confectio seu Miva et Panis.)

CONSERVA CYNORRHODI seu Cynosbati cum Confectione Rosae caninae Ph. Londinens. cet. congruit. — Ph. Genevens. Pulpae et Sacchari āā Part. aequales, — Ph. Gallica et aliae ad duas Pulpae tres Sacchari Partes praescribunt. — Vogt Fruct. Cynosbat., excisis calycibus et pedunculis, et exemtis deinde seminibus et pilis interioribus, Unc. quatuor, Vini albi generosi s. q. infundi, et per aliquot dies macerari praescribit, usque dum penitus mollescant; tunc contundi et teri in mortario marmoreo in pulpam, quae per setaceum densum trajecta, cum Sacch. albi q. s. miscenda, ut f. Conserva. (Conf. etiam Roob.)

CONSERVA DACTYLORUM Ferrarini. — Ex septem Dactylorum, in pulpam redactorum, et tribus Sacchari Partibus l. a. conficitur.

CONSERVA DEPECTORANS Saunders.

Rec. Antimon diaphoret. non abluti Drachm. unam semis, Kermet. mineral. Gran. quindecim Fiat pulvis, cui adde Conservae Fumariae, Nasturtii aquatici et Beccabungae āā Unc. duas. M.

† CONSERVA DIGITALIS. Fingerhutconſerve. *Conserve de Digitale.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Van Mons Duplum tantummodo Sacchari proponit.

CONSERVA ENULAE, Helenii seu Inulae Ph. Gallicae — uti Conserva Angelicae paratur.

CONSERVA ERUCAE Ph. Sardoae. — Fit miscendo Herbam rec. Erucae mundat. et contus. cum pari Pondere Sacchari, fortissime cocti. — Melius pararetur uti Conserva Acetosae.

CONSERVA ERYNGII cum Condito (p. 195.) congruit.

CONSERVA ERYSIMI. Wegſenfconſerve- oder Zucker. *Conserve de Vélar des Boutiques.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Disp. Fuldense ad unam Herbae rec., duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA (CONDITUM) FARFARAE. Huflattigconſerve. *Conserve de Pas d'Ane.* — Ex Floribus recentibus, uti et ex Herba recenti, uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA FUMARIAE. Erdrauchconſerve. *Conserve de Fumeterre.* — Ex Herba recenti florente pari modo paratur. — Uti et

CONSERVA GALEGAE, — porro

CONSERVA GENISTAE Ginſterblumen-Conſerve. *Conserve de Génet.* — Ex Floribus recentibus. — Van Mons duplum tantummodo Florum Sacchari pondus praescribit.

CONSERVA HEDERAE TERRESTRIS. Gundelrebenconſerve. *Conserve de Lierre terrestre.* — Ex Herba recenti florente pari modo paratur.

CONSERVA HEDERAE TERRESTRIS COMPOSITA Zwelferi.

Rec. Herb. rec. Heder. terrestr., Rutae āā Unc. unam semis, Rad. Raphan. Unc. unam, Rad. Angelic. et Levistic. āā Drachm. sex, Sacch. albi Unc. sedecim cum dimidia. Ex incisis et contusis f. l. a. Conserva.

CONSERVA HISPIDULAE seu Pedis Cati Ph. Parisiens. uti Conserva Absinthii paratur.

†CONSERVA HYOSCYAMI. Bilſenkrautconſerve. *Conserve de Jusquiaume.* — Uti Conserva Cicutae paratur.

CONSERVA HYSSOPI. Iſopconſerve. *Con-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0224-5
DFG

*serve d'Hysope* — uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA JUNIPERI Swediaur. Wachholderconſerve. *Conserve de Genèvre.* — Ex Baccis recentibus contusis cum Dimidio Sacchari leni calore conficitur. (V. etiam Roob.)

CONSERVA (Syrupus) LACTIS Braconnot. Milchconſerve. *Conserve de Lait.*

Rec. Lactis vaccini rec. Libr. quinque. Calefiat ad 38° R. usque, tunc admisce semper agitando sensim Acidum Salis dilut., donec coagulata sint; Coagulum a Sero separa et commisce cum Salis Sodae Scrup. quatuor leni calore, ut solvatur, tunc solve in liquore Sacchari albi par pondus.

† CONSERVA LACTUCAE VIROSAE. Giftlattigconſerve. *Conserve de Laitue vireuse.* — Uti Conserva Cicutae paratur.

† CONSERVA LAURO-CERASI Swediaur. Kirſchlorbeer.onſerve. *Conserve de Laurier-Cerise.* — Ex Foliis recentibus contusis cum Duplo Sacchari conficitur. — Melius Triplum Sacchari admisceatur.

CONSERVA LEPIDII. Kreſſenconſerve. *Conserve de Passerage.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Ph. Hispanica duas tantummodo Partes ad unam Herbae sumi praescribit, quod parum. — Pari modo, sed ex Floribus recentibus paratur

CONSERVA LILIORUM ALBORUM. Weiße Lilienconſerve. *Conserve de Lis blanc* — et

CONSERVA LILIORUM CONVALLIUM. Maiblumenconſerve. *Conserve de Muguets de Mai.*

CONSERVA LINGUAE CERVINAE seu Scolopendrii. Hirſchzungenconſerve. *Conserve de Scolopendre.* — Ex Herba recenti uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA MAJORANAE pariter atque Conserva Absinthii paratur, — uti et

CONSERVA MALVAE. Pappelblumenconſerve. *Conserve de Mauve,* — ex Floribus recentibus. — Non minus

CONSERVA MARI VERI. Amberkraut-Conſerve oder Zucker. *Conserve de Marum* — ex Summitatibus recentibus.

CONSERVA MARRUBII ALBI. Weißen Andornconſerve. *Conserve de Marrube blanc.* — Ex Herba recenti florente pari modo paratur, — uti et

CONSERVA MELISSAE.

CONSERVA MELONUM sec. Ferrarini — ex Seminibus contusis cum Triplo Sacchari et s. q. Aquae aromaticae de Cedro paratur.

CONSERVA MENTHAE CRISPAE et PIPERITAE Krausmünze- und Pfeffermünze-Conſerve. *Conserve de Menthe crêpue et poivrée.* — Pari modo atque Conserva Absinthii parantur.

CONSERVA MESEMBRYANTHEMI CRYSTALLINI. Eiskrautconſerve. *Conserve de Glaciale.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Disp. Fuldens. Duplum tantummodo Sacchari praescribit, quod parum.

CONSERVA MILLEPEDUM Ph. Wirtemb. Maueraſſelconſerve. *Conserve de Cloportes.*

Rec. Milleped. vivor. Libr. unam, Sacch. albiss. Libr. duas semis. Contundantur in mortario et in vase vitreo vel porcellaneo serventur. — Melius Quadruplum Millepedum Sacchari sumatur, ut certius sine alteratione conserventur.

CONSERVA (Florum) NAPHAE uti Conserva Acetosae paratur.

CONSERVA NASTURTII AQUATICI. Brunnenkreſſeconſerve. *Conserve de Cresson de fontaine* — uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA NYMPHAEAE. Seeroſenconſerve. *Conserve de Nenuphar.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Ph. Sardoa Flores cum pauxillo Sacchari tritos cum Triplo Sacchari clarificati coqui praescribit.

CONSERVA ORCHIDIS v. Conditum et Confectio Satyrii.

CONSERVA PAEONIAE. Gichtroſenconſerve. *Conserve de Pivoine.* — Ex Floribus recentibus uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA PAPAVERIS ERRATICI seu Rhoeados. Klatſchroſenconſerve. *Conserve de Coquelicot,* — pari modo paratur. — Cadet et Taddei inepte Flores antea siccari et pulverem cum Saccharo et Aqua commisceri proponunt.

CONSERVA PECTORALIS Marcus.

Rec. Hb. Millefol., Farfar., Heder. terrestr., Veronic., Arnic., Rutae, Bellid., Hepat. nobil., Chenop. ambros., Trifol. fibr., Absinth., Lichen. Island., Fungi Melitensis, Rad. Polygal. amar. aa Unc. unam. F. cum s. q. Sacchari l. a. Conserva.

CONSERVA PEDIS CATI v. Conserva Hispidulae.

CONSERVA PERSICARIAE URENTIS uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA (Florum) PERSICORUM. Pfirſichblütheconſerve. *Conserve de Fleurs de Pêcher.* — Pari modo atque Conserva Papaveris erratici paratur. — Ph. Sardoa Flores rec. contusos cum Duplo Sacchari ad globulos cocti commisceri proponit.

CONSERVA (Foliorum) PERSICORUM. — Uti Conserva Laurocerasi paratur. — Van Mons duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA PETROSELINI uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA PLANTAGINIS. Wegerigconſerve. *Conserve de Plantain.* — Ex Herba recenti uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA PLANTAGINIS AQUATICAE seu Alismatis — ex Herba uti et ex Radice recenti uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA PORTULACAE. Portulacconſerve. *Conserve de Pourprier.* — Pari modo paratur. — Uti et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0225-1
DFG

CONSERVA PRIMULAE VERIS seu Paralyseos. Schlüſſelblumenconſerve. *Conserve de Prime-Vère,* — ex Floribus recentibus.

CONSERVA PRUNORUM. Zwetſchenconſerve. *Conserve de Prunes* sec. Ph. Hispan. et Lusitan. — Miscella est ex Pulpae Prunorum Parte una cum Sacchari Part. duabus. — Ph. Sardoa tres Sacchari Partes ad unam Prunorum, antea in Pulpam redactorum, sumi jubet. (V. etiam Pulpa.)

CONSERVA PRUNORUM LENIENS Ferrarini et Taddei. — Obtinetur in Decocto, ad Conservam simplicem adhibito, Sennae Drachm. sex digerendo et huic Infusum Pulpae addendo Prunorum Libr. septem, infusi Sennae, Sacchari āā Libr. tres.

CONSERVA PRUNORUM AGRESTIUM seu SILVESTRIUM. Schlehenconſerve. *Conserve de Prunelles sauvages.* — Miscella est Prunorum silvestrium in pulpam redactorum Part. unius et Sacchari Partium trium.

CONSERVA PULSATILLAE uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA REFRIGERANS, STYPTICA IN PHTHISI PULMONALI Boerhaave.

Rec. Hb. rec. tener. Plantag. Unc. tres, Flor. Papav. Rhoead. Unc. unam semis, Sem. Plantag. rec. Unc. unam. M. l. a., et fiat cum s. q. Sacchari Conserva.

CONSERVA RESOLVENS ET APERIENS Bories.

Rec. Terr. fol. Tartari Unc. semis, Sal. mirab. Glauberi Drachm. unam, Succi Nasturt., Fumar., Mercurial. et Taraxaci āā Unc. duas, Sacchari q. s. ad Conservam.

CONSERVA RHODODENDRI CHRYSANTHI. Schneeroſenconſerve. *Conserve de Rosage à fleurs jaunes,* — sec. Swediaur ex una Fol. rec. et duabus Sacchari Partibus paratur.

CONSERVA (Foliorum) RIBIS NIGRI. Schwarze Johannisbeerblätter-Conſerve. *Conserve de Cassis.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Van Mons duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA RORISMARINI v. Conserva Anthos.

CONSERVA ROSAE CANINAE FRUCTUS v. Conserva Cynorrhodi.

CONSERVA ROSARUM PALLIDARUM et RUBRARUM. Centifolien- und rothe Roſen-Conſerve. *Conserve de Roses a cente feuilles* et *rouges.* — Ex Petalis recentibus uti Conserva Absinthii paratur. (V. etiam Confectio Ph. Londin.) — Ph. Gallica Petala Rosarum rubrarum, unguibus abscissis, cum duplo Pulveris Sacch. albissimi optime contundi, tunc pulpam per incerniculum setaceum trajici et cum Sacch. albi ad electuarii consistentiam cocti Octuplo Petalorum adhibitorum commisceri praescribit. (Hac methodo omnes reliquas Conservas Herbarum et Florum recentium parari jubet.) — Eadem Pharmacopoea ad parandam Conservam Rosarum omni tempore parandam Pulv. Rosar. rubr. cum s. q. Aquae Rosarum irrorari praescribit, ut coëant in pulpam, tunc in vase faventino per 6 horas macerari, saepius agitando, tunc admisceri Sacch. albi, Aqua Rosar. soluti et ad consistentiam tabulati cocti, Part. undecim. Praeparatum hoc improprie Conservae nomen gerit. (Alias similes praescriptiones praetereamus. V. etiam Saccharum rosatum et Tabellae.)

CONSERVA ROSARUM ADSTRINGENS v. Electuarium adstringens.

CONSERVA ROSARUM MERCURIATA v. Conserva anthelmintica.

CONSERVA ROSARUM VITRIOLATA Ph. Wirtemb., Disp. Brunsvic. — Fit admiscendo cuique Librae Conservae Rosarum Spiritus Vitrioli Drachm. duas. — Ph. Sardoa unam tantummodo Drachm. admisceri praescribit.

CONSERVA RUTAE. Rautenconſerve. *Conserve de Rue.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Ph. Sardoa Herbae rec. et Sacchari Part. aequales praescribit.

CONSERVA SABINAE. Sadebaumconſerve. *Conserve de Sabine* — Pari modo paratur. — Kopp ad unam Hb. rec. Partem, cum paullo Aquae in pultem tenerrimam redactam, duas tantummodo Sacchari Partes sumi praescribit.

CONSERVA SALVIAE. Salbeiconſerve. *Conserve de Sauge,* pari modo paratur. — Porro

CONSERVA SCORDII. Lachenknoblauchconſerve. *Conserve de Germandrée d'Eau.*

CONSERVA SCOLOPENDRII v. Conserva Linguae cervinae.

CONSERVA (Fructuum) SORBI ET SORBI DOMESTICAE. Vogelbeer- und Spierling-Conſerve. *Conserve de Sorbes et de Cormes.* — Uti Conserva Prunorum paratur. — Ferrarini Fructuum non maturor. et Sacchari āā Part. aequales praescribit.

CONSERVA SPAGYRICA Ph. Wirtemberg. Chemiſche Conſerve.

Rec. Salis Absinth. Unc. duas, Salis Melissae et Urticae āā Unc. unam, Tart. vitriolat. Unc. semis, Arcani duplic. (quod idem ac praecedens) Unc. duas. Misceantur et fiat pulvis, cui affundantur Spirit. Sulphuris per campanam Drachm. duae. Postquam deferbuit, addantur Conserv. Flor. Rosar. rubr. et Tunicae āā Libr. una, Ol. Cinnamomi, Citri, Anisi āā Drachm. una, Ol. Foenic., Menth. āā Drachm. semis. Misceantur et, si completa haec Conserva desideretur, addantur Ambr. gris. Gran. quindecim, in Spiritu Rosar. solutae. — Per incompletam intelligunt nonnulli, quae non Ambra modo, sed et Oleis destillatis caret. — Compositio inepta Argentoratensium correcta ex Sal. Absinth. Drachm. triginta, Cinnam. Drachm. duabus, Macid., Caryoph., Zinzib. āā Drachm. una, Tart. vitriolat. Drachm. quatuordecim, Sacch. albi Unc. octo, Conserv. Rosar. Unc. sedecim, Cons. Tunic. Unc. octo, Spir. Vitrioli Drachm. dua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0226-7
DFG

bus, Ol. Anisi, Citri āā Drachm. una, Ol. Foenic. Drachm. semis, Ol. Cinnam. Scrup. uno et Ol. Menth. Gutt. quatuor constat. — Hodie non amplius adhibetur.

CONSERVA SQUILLAE SUNDELIN. Meerzwiebelconſerve. *Conserve de Squille.*

Rec. Bulb. Squill. rec. Unc. duas, Sacch. albi Unc. tres. F. l. a. Conserva; detur in vitro, probe exsiccato; superinfundatur pauxillum Spir. Vini rectificatiss.; servetur loco frigido usui. — Melius erit ad minimum Quadruplum Sacchari sumi.

CONSERVA SYMPHYTI v. Conserva Consolidae majoris.

CONSERVA TAMARINDORUM. — Uti Conserva Prunorum paratur.

CONSERVA TANACETI. Rainfarrnconſerve. *Conserve de Tanaisie.* — Ex Floribus vero, uti et Herba recenti, uti Conserva Absinthii, paratur. — Uti et

CONSERVA (Florum) TILIAE. Lindenblüthecconſerve. *Conserve de Fleurs de Tilleul.*

CONSERVA TRIFOLII FIBRINI. Bitterklee-Conſerve. *Conserve de Trèfle d'Eau.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Disp. Fuldense duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA (Florum) TUNICAE seu Caryophyllorum rubrorum. Gartennelken-Conſerve. *Conserve d'Oeillets.* — Pari modo paratur.

CONSERVA VERMIUM MAJALIUM v. Meloae majales Melle conditae.

CONSERVA VERONICAE. Ehrenpreisconſerve. *Conserve de Véronique* — ex Herba recenti florente — et

CONSERVA VIOLARUM. Violenconſerve. *Conserve de Violettes* — ex Floribus rec. odoratissimis a calycibus liberatis uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA VISCERALIS = Conserva spagyrica.

CONSERVA VULVARIAE v. Conserva Atriplicis olidae.

Temporibus novissimis paucae tantum Conservae (sensu strictiori, ex plantis recentibus), eaeque raro, praescribuntur, quanquam maximam illae partem aptissimae sunt compositiones. Constat enim, multa Vegetabilia jam in siccando, omni adhibita circumspectione, saepe omnino mutari et efficacitate sua privari. Pariter multa extracta modo adhuc consueto parata, partim parum efficacia sunt. Quare ejusmodi corpora organica non nisi recentia, idque per valde arctum temporis spatium, adhiberi possunt. Saccharum vero partes organicas recentes succosas optime conservat (multo quidem melius quam Sal), et nisi nimium illud parce adhibueris, ita ut succi non amplius fermentari possint, in longius tempus efficacissima medicamenta accipies. Hanc ob causam complures praescriptiones ineptas, quas, si sequeris, substantiae magis destruuntur quam conservantur, praeterivimus. Est autem illa, quam commendamus, forma ideo quoque aptissima, quod medicamenta, ea parata, quantum ejus fieri potest, grata, libenter ab aegroto sumuntur. Uberior sacchari quantitas non facile est impedimento, si dosin respicias, cum sine ullo additamento per se vel bolorum forma cet. sumi possint. Saccharum indifferens nunquam etiam vires earum medicatrices alterat, sed partim etiam eas augere consentaneum est. Quam ob rem conservarum forma multis in casibus summopere commendanda. — Si medicus desideraverit conservas hic non indicatas, facile illae ex analogia praescriptionum a nobis datarum parari poterunt, qua tamen in re natura plus minusve succosa neque minus varia partium mutabilitas consideranda et potius nimium quam parum sacchari sumendum. (V. etiam Condita, Confectiones, Sacchara et Saccharures.)

CORALLIA ALBA ET RUBRA PRAEPARATA. Weiße und rothe präparirte Corallen. *Corailes blancs* et *rouges préparés.* — Uti Conchae praeparatae parantur, — quibuscum etiam, quoad proprietates, congruunt, eodemque modo adhibentur.

CORDIALE EQUORUM (Horse Cordial). — Miscella est Balsami traumatici Octarii unius, Spir. Ammoniae comp. et Nitri dulcis āā Unc. octo.

CORDIALE NERVINUM DE BRODUM v. Elixir STOUGTHONI.

CORDIALE WARNERI v. Guttae.

CORIANDER CORDIAL uti Cinnamom cordial paratur.

CORIANDRI PRAEPARATIO. Präparirter Coriander. *Coriandre préparé.* — Fit irrigendo Semina Coriandri modico Aceto per 3 dies et siccando.

CORIUM DIVINUM. Göttliches Leder. *Cuire divin.* — Hoc nomine in Anglia et Gallia Sparadrapi species, passim cuculliformis, venditur, quod nihil aliud esse videtur, nisi compositio Cerae arboreae (p. 162) similis, supra corium ovillum tenuissime expansum.

CORNIUM seu CORNINUM. Cornin. *Cornine.*

Rec. Corticis Radicis Corni floridae quantum vis Fiat pulvis subtilissimus, qui Spiritu Vini rectificatissimo (0,82) tamdiu tractandus, donec exhaustus sit. Admisceatur liquori Plumbi oxydati hydrati recenter parati, adhuc humidi, decima circiter Pars adhibiti Corticis et conquassetur miscella in lagena per plures dies, donec liquor penitus fere decolor appareat et addito liquore Ferri muriatici oxydati non amplius colorem nigrum assumat, tunc filtretur et abstrahatur spiritus ad quartae Partis remanentiam; post refrigerationem filtretur iterum, ut substantia peculiaris resinosa separetur, quae Aqua lavanda; liquores commixti evaporent ad syrupi tenuioris fere consistentiam; si flocci secernuntur iterum addita sufficiente quantitate Aquae liquor filtrandus, Acido hydrothionico et Carbone Lixivii Sanguinis depurato tractandus, et denuo filtrandus. Liquor decolor lenissimo calore ad syrupi tenuioris spissitudinem evaporet et seponatur, ut in crystallos

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0227-3

coalescat. — Crystallos exhibet minutissimas, aciculares, mammellatim aggregatas, aëre immutabiles, sapore peramaro; facillimum est solutu in Aqua uti et in Spiritu Vini, minus in aethere, solutiones neutrae sunt; solutio aquosa solutione argenti nitrici valde praecipitatur, aliis reagentibus non turbatur aut alteratur. Corninum cum acidis minime combinationes intimas format, contra plus affinitatis ad bases habere videtur; calore destruitur. — *Vis:* tonica? febrifuga? — Principium hoc peculiare vires medicatas Corticis Corni floridae (I. 46.) praecipue in se conjungit, et medicorum attentione dignum videtur.

CORNU ALCIS PRAEPARATUM. Präparirtes Elen-Horn oder Geweihe. *Corne d'Elene préparée.*—Lima, in scobum redactum, super lapidem cum Aqua in pollinem subtilissimum teritur.

CORNU CERVI AURATUM NORICORUM sec. Spielmannum. — *Miscella est Croci Solis Scrup. quatuor et Cornu Cervi philosophice ppti Unc. unius.*

CORNU CERVI PHILOSOPHICE, spagyrice seu sine igne PRAEPARATUM. Philoſophiſch präparirtes Hirſchhorn. *Corne de Cerf préparée philosophiquement.*

Rec. Cornu Cervi, in majora frusta sectum. Coquitur cum suff. Aquae quantitate aut exponitur vaporibus Aquae bullientis, dum mollescat; postea medulla et pars exterior corticosa, nigra, cultro separatur et Cornu albicans exsiccatum in pollinem subtilissimam teritur, aut in pastillos formatur. — Ph. Austriaca prov. Cornu Cervi raspatum simpliciter in pulverem redigi suadet.

## CORNU CERVI USTUM ALBUM PRAEPARATUM. Präparirtes weißgebranntes Hirſchhorn. *Corne de Cerf calcinée préparée.*

*Synon.:* Terra seu Cinis Ossium, Calcaria subphosphorica seu Subphosphas Calcariae sive calcicus cum Calcaria carbonica sive Carbonate Calcariae seu calcico. Knochenerde oder Knochenaſche, baſiſch phosphorſaurer Kalk mit kohlenſaurem Kalk. *Subphosphate de Chaux avec du Carbonate de Chaux.*

Paratur pulverisando Cornu Cervi ustum album et laevigando supra porphyritem cum Aqua, donec pulverem impalpabilem exhibeat, qui exsiccatur. (Olim etiam in parvas pyramidulas sive pastellos formari praescribebatur, uti ad Conchas praeparatas (p. 193.) edoctum est.) — Pulvis niveus, subtilissimus, insipidus. (De ceteris proprietatibus, *Vi* et *Usu* conf. I. 42.)

Pulvis grossiusculus, vel sordide griseus, in acido salis vel nitri sub mediocri effervescentia non plane dissolubilis, aut nisi solutio acida spiritus salis ammoniaci caustici ope maxima ex parte praecipitatur, rejiciatur.

CORNU RHINOCEROTIS PRAEPARATUM. Präparirtes Einhorn. *Corne de Rhinceros préparée.* — Uti Cornu Alcis praeparatum paratur.

CORPUS seu MATER PRO BALSAMO est Oleum Nucistae expressum. — Sec. nonnullas Pharmacopoeas Spiritu Vini tractatur, donec inodorum restat. (V. Balsamum Angelicae (p. 108.)

CORPUS PRO BALSAMO SAPONIS v. Balsamum Saponis (p. 120.).

CORPUS PRO BALSAMO SULPHURIS v. Balsamum Sulphuris simplex (p. 122.).

CORPUS PRO EMPLASTRO MATRIS v. Emplastrum.

CORRECTOR OPII seu vegetabilis v. Sapo Starkeyi.

CORTEX AURANTIORUM cet. CONDITUS v. Conditum.

CORTEX CHINAE seu Peruvianus REDUCTUS sec. Gray.

Rec. Cort. Peruv., Ligni Mahagoni rasp. et Cort. Querc. āā Part. aequales. M.

CORTEX CHINAE seu Peruvianus TARTARISATUS Vogleri.

Rec. Alcohol. Cort. Peruv. el. Drachm. sex, Cremor. Tart. Drachm. duas. M.

CORVUS EPILEPTICUS Bate.—Remedium absurdum, constat ex Corvo deplumato, rostro pedibusque abjectis, cum corde, jecore, pulmonibus, vesica fellis, uti et Galangae, Sem. Anisi āā Unc. quatuor in vase terreo cum pane lutato in clibano bis terve ita cocto, donec in pulverem redigi potest, cavendo tamen, ne aduratur.

COSMETICA. Schönheitsmittel. *Cosmetiques* sec. Augustin.

Optimum remedium ad dealbandam et molliendam cutem palmarum manuum est Puls ex Pulvere, iisdem infricando, subtilissimo Rad. Aronis et Aqua. — Ad dealbandam et emolliendam totam cutem optime prodest Puls ex Oryza, per octiduum in Aqua detenta, cum unius Fructus Citri Medulla, Sacch. albi Unc. semis, Camph. Gran. duodecim, et Aq. Rosarum s. q. — In cutis impuritate, desquamatione et oedemate conducit lotio per Solutionem Saponis boracini in Aqua Rosarum cum additamento Tinct. Benzoës vel Solutionis Sapon. medicati in Spiritu Vini (V. etiam Aqua [p. 62.], Ceratum [p. 164.] et Pasta.) — Alia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0228-8 DFG

praecepta, plerumque absurda, imo haud raro nociva, praetereamus. Farraginem ejusmodi formularum invenies in MANCETI Bibliotheca.

COTIGNAC PURGATIV v. Electuarium Diacydonium cet.

COUMARINUM, MELILOTINUM. Coumarin, Tonkokampher, Steinkleekampher. *Coumarine, Melilotine.*—Obtinetur tractando Fabas de Tonco Naphtha Vitrioli, abstrahendo ex solutione Naphtham, tractando residuum Spiritu Vini et liquorem filtratum alcoholicum Carbone animali, et evaporando liquorem filtratum lenissimo calore. Simili modo ex Herba cum Floribus Meliloti siccati, vel etiam tractando primum Spiritu Vini rectificatissimo, parari potest.—Prismata exhibet brevia, oblique rhombica vel tenuissima sericea, odore grate aromatico melilotino et sapore primum pungente, post grate aromatico; leni calore liquefit et calore auctiore sublimatur, aëre facile flammam concipit et cum flamma splendente comburitur; difficile solutu in aqua frigida, facile autem in Aqua fervida, spiritu vini et aethere; solutiones neutrales sunt, et solutio aquosa aceto saturnino valde praecipitatur. — Constat ex Carbonei 5, Hydrogenii 3, et Oxygenii 2 P. Mixt. — In acidis fortioribus etiam solvitur, salia autem non format. — Principium hoc peculiare camphorinum vires medicatrices Fabarum de Tonco et Meliloti praecipue continens, medicorum attentione dignum.

CREMOR seu CREMOR LACTIS. Rahm. *Crême.* — Secernitur sponte, seponendo Lac, in superficiem. — Magma album, subpultiforme, sapore grate acidulo et butyraceo. — Miscella est Butyri cum Casei particulis et Aqua cet. (V. Lac.). — Externe subinde adhibetur; praecipue autem ad conficiendum Butyrum inservit.

CREMOR AURANTIORUM. Pomeranzen-Rahm. *Crême d'Orange* GRAY. — Fit digerendo Aurantia Nro. triginta sex, Spir. Vini rect. Cong. duos, Sacchari Libr. duodeviginti, Tinct. Croci Unc. unam semis et Aq. Naphae Octar. quatuor, per 14 dies, et exprimendo.

CREMOR CINNABARIS v. Cinnabaris per decoctionem (p. 183.).

CREMOR COSMETICUS. Schönheitsrahm. *Crême* ou *Catai cosmetique de* JEAN MARIE.

Rec. Bals. de Mecca Gran. triginta, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor, Sperm. Ceti, Cerae alb. āā Drachm. duas, Flor. Zinci Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. sex. Misce leni calore et admisce Ol. cujusdam grate aromatici q. v. Agita vehementer ad refrigerationem usque, ut in unum coëant. (V. etiam Ceratum p. 164.)

CREMOR HORDEI BATE.

Rec. Hordei perlati mund. Unc. quatuor. Coque (prima Aqua abjecta) in Aq. font. q. s. ad mollitiem. Contunde optime Hordeum cum Amygdalis dulc. decort. Nro. viginti, addens Aq. hordeatae Libr. duas semis. F. expressio fortis et addantur Sacch. opt. Unc. duae, Aq. Rosar. Damasc. Unc. una semis, ut f. Cremor.

CREMOR HORDEI FERRARINI.

Rec. Hord. mundat. q. v. Coque cum Aqua, evaporatam restituens, donec Hordeum sit mollefactum; cola et in mortario marmoreo contundendo in pultem redige, quae per crinium trajecta, lentissimo calore ad pulpae consistentiam redigatur et Saccharo pulverato dulcis reddatur. (V. etiam Gelatina.)

CREMOR HORDEI Ph. Bruxell. — Fit coquendo Hordeum mundatum cum s. q. Aquae ad crepaturam, et trajiciendo per setaceum, tunc addendo Sacch. albi et Aq. Rosar. q. s. ad saporis gratiam. (V. etiam Decoctum.)

CREMOR MENTHAE v. Spiritus saccharatus.

CREMOR ORYZAE Reisrahm. *Crême de Ris.*

Rec. Oryzae Cochlearia tria majora. Coque cum Aquae Mensura semis ad Dimidium, adde Amygd. dulc. Nro. decem, Amygd. amar. Nro. quinque. F. cum Saccharo et pauxillo Aquae Cinnam. vel Naphae l. a. Emulsio. (V. etiam Pulvis Content.)

CREMOR PECTORALIS CADET et PIERQUIN. Bruſtrahm. *Crême pectorale.* — Mixtura est ex Butyri Cacao, Syr. Papav. erratic., Ol. Amygd. dulc. et Aq. Naph. āā Part. aequalibus. — TRONCHIN Butyr. Cacao Unc. duas, Syr. Bals. Tolut. et Capill. Ven. āā Unc. unam et Sacch. albi Unc. semis misceri praescribit. — PIERQUIN *Sacch. albi, Syr. Bals. Tolut. et Capill. Ven. Canadens.* āā Part. aequales cum s. q. Aquae misceri proponit. — In alia formula Syr. de Brassica rubra, Althaeae āā Unc. duas, Syr. Violar., Capill. Ven., Bals. Tolut. āā Unc. unam, Syr. Diacodii, Cinnam. āā Drachm. duas, Acid. Boruss. medic. Drachm. semis, Sacch. cryst. Unc. unam semis misceri praescribit.

CREMOR PTISANAE ZWELFERI. — Est Decoctum Hordei mundati concentratum.

CREMOR SULPHURIS. — Est Sulphur supra porphyritem cum aqua in pollinem impalpabilem laevigatione redactum. — Hoc praeparatum medium quasi tenet inter Flores et Lac Sulphuris.

CREMOR TARTARI. Weinſtein-Rahm. *Créme de Tartre.* — Est pulvis subtilissimus Crystallorum Tartari seu Tartari depurati (I. 346.).

CREMOR TARTARI PRAECIPITATUS. — Fit praecipitando Solutionem Tartari tartarisati Olei Vitrioli ope et abluendo praecipitatum Aqua frigida. — Omnino cum Tartaro depurato subtilissime pulverato congruit.

CREMOR TARTARI PURGANS Veterum cum Tartaro emetico in summa rei congruit. Impurum autem et anceps est medicamentum.

CREMOR TARTARI REDUCTUS. — Hoc nomine GRAY miscellam intelligit ex una Arcani duplicati et tribus Cremoris Tartari Partibus.

## CREMOR TARTARI SOLUBILIS. Auflöslicher

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0229-7
DFG

**Weinſteinrahm.** ***Crême de Tartre soluble.***

*Synon.:* Cremor Tartari boraxatus seu cum Borace, Borax tartarisata seu vegetabilis, Tartarus cum Borace, Tartarus boraxatus, Kali tartaricum boraxatum, seu cum Natro boracico acido, Kali et Natrum boraxato-tartaricum, Tartras acidulus Potassae solubilis, Tartras seu Tartris Potassae boraxatus sive Potassae et Sodae boraxatae, Tartras Deutoxydi Potassii, Tartrate et Borate Deutoxydii Sodii, Supertartras Potassae boraxatus seu cum Borate Sodae, Boracinum potassinatum. Boraxweinſtein, tartariſirter oder weinſteinigter Borax, weinſtein- und boraxſaures Natronkali, Weinſteinborax, Boraxhaltiges weinſteinſaures Kali, Gewächs- oder vegetabiliſcher Borax. *Borax tartarisé* ou *de Potasse, Borax végétal* ou *à base d'Alcali végétal cet.*

Rec. Cremoris Tartari Libram unam,
Boracis raffinatae Uncias quatuor.
Solvantur in
Aquae fervidae Libris viginti.

Stent in vase lapideo, loco frigido, ut seponatur Calcaria tartarica, decanthetur liquor limpidus a sedimento, evaporetur in vase vitreo, porcellaneo vel lapideo leni calore, donec in frigore indurescat; teratur tunc in pulverem et exponatur pulvis per aliquod temporis spatium leni calori semper triturando, ut omni humore privetur, tunc servetur statim in vasis bene clausis. — Pulvis albus, ponderosus; sal integrum autem massam exhibet subdiaphanam gummi instar, crystallisandi non capax; sapore acido et salso; aëre humorem attrahit et deliquescit, facilis solutu in aqua, in spiritu vini non item. — Constat ex Acidi tartarici 6, Kali 3, Acidi boracici 1, Natri 1 et Aquae 3 Pond. Mixt. — Acidis fortioribus (excepto acido tartarico) vix decomponitur. — *Vis:* leniter laxans, diuretica, emmenagoga.

Sit albus, facilis et penitus solutu in aqua, solutio acido hydrothionico minime coloretur.

*Usus:* In solutione; in pulvere vel pilulis, propter deliquescentiam minus apte.

Pharm. Polonica Boracem cum Triplo Tartari depurati pulverati tantummodo intime misceri praescribit. — Nonnullae pharmacopoeae plus Tartari praescribunt. Sic Disp. Fuldense unam Boracis ad quatuor Tartari Partes praescribit, — Ph. Parmensis, Ferrarini et Taddei sex.

CREMOR TARTARI SOLUBILIS seu Tartras acidulus Potassae solubilis admixto Acido boracico, *Tartrate boro-potassique*, Ph. Gallicae. — Fit miscendo Tartari depurati Part. ducentas decem, Salis sedativi Hombergi (Acidi boracici) Part. triginta et Aquae destillatae Part. viginti, et evaparando miscellam balneo Mariae ad siccitatem — Pulvis albus praecedenti similis, pariter facillime solubilis in Aqua, uti praecedens, aëre autem non deliquescens; hinc facilius forma pulveris dispensari licet. — Soubeiran rectius ad unam Salis sedativi Partem quatuor Tartari Partes sumi praescribit.

CREMOR TARTARI VOLATILIS, Ammoniacum tartaricum, Tartras seu Tartris Ammonii. *Crême de Tartre volatil, Tartrate d'Ammoniaque.* — Fit saturando Sal volatile vel Spiritum Salis Ammoniaci causticum cum Sale essentiali Tartari et evaporando liquorem clarum neutrum, ut in crystallos coalescat. — Prismata exhibet oblique rhombica, subpellucida, sapore pungente salso, aëre fatiscentia et ammoniacum exhalantia, facile solubilia in aqua. (De ceteris proprietatibus universalibus v. Sal essentiale Tartari.) — Constat ex Acidi Tartari 1, Ammonii 1, et Aquae 2 Pond. Mixt.

CRETA ALBA PRAEPARATA. Weiße präparirte Kreide. *Craie préparée.* Rec. Cretae albae quantum vis. Tere in pulverem subtilem et misce cum Aqua, ut lac praebeat; subsideat Creta, decanthetur aqua et repetatur operatio nova Aqua bis terve; denique elutrietur Creta Aqua, ut separetur a particulis arenosis et exsiccetur. — Pulvis niveus, impalpabilis, insipidus. (De ceteris proprietatibus et *Usu* v. I. 54.)

CRETA PRAECIPITATA seu medicinalis, Calcaria carbonica seu Carbonas calcicus praecipitatus. Gefällte, reine oder medici-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0230-8 DFG

niſche Kreide, gefällter kohlenſaurer Kalk. *Craie précipitée* ou *medicinale*, *Carbonate de Chaux précipité.* — Obtinetur praecipitando Calcem salitam vel aliud Sal calcarium purum, in aqua solutum, Cineris clavellati seu Salis Sodae depuratae ope, edulcorando bene praecipitatum et siccando. (Potest etiam infundibili ope in conulos redigi.) — Est Calcaria carbonica purissima, et praecipue ad usum internum adhiberi meretur. – Ceterum cum praecedente congruit. (V. etiam Magisterium Coralliorum, Oculorum Cancri et Margaritae.)

CROCOMAGMA DAMOCRATIS ex GALENO Ph. August. cet.

Rec. Croci Drachm. viginti quinque, Myrrhae, Flor. Rosar. ana Drachm. duodecim cum dimidia, Amyli, Gummi Arab. ana Drachm. septem semis, Vini Chii q. s. Fiant s. a. Trochisci.

CROCUS ANTIMONII v. Crocus Metallorum.

CROCUS AURI v. Crocus Solis.

CROCUS JOVIS BATE. — Fit amalgamando Stanni Unc. semis cum Mercur. vivi Unc. duabus semis et evaporando Mercurium igne aperto.

CROCUS MARTIS seu Ferri ADSTRINGENS *sive* vitriolatus, Ferrum oxydatum rubrum, Oxydum Ferri seu ferricum, Tritoxydum Ferri seu ferricum rubrum. Rother adſtringirender Eiſenſafran, rothes Eiſenoxyd. *Safran de Mars adstringent*, *Oxyde de Fer rouge.* — Obtinetur Crocum Martis aperitivum in crucibulo per horam et diutius, aëre admisso, ad incandescentiam usque calcinando, et triturando in pulverem impalpabilem. — Pulvis subtilissimus, saturate fusco-ruber, insipidus, insolubilis in aqua, lente solubilis in acidis fortioribus, solutiones flavo-fuscas vel aurantiacas, peradstringentes, praebens. — Est Ferrum oxydatum purum, ex 2 Ferri et 3 Oxygenii Pond. Mixt. constans. (De ceteris proprietatibus v. Ferrum I. 60.). — *Vis:* tonica, nervina, adstringens, exsiccans. — *Usus:* In pulvere, electuario, pilulis; et externe adhibetur. — Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus, insipidus, magnetis vi non obediens, penitus et sine effervescentia solubilis in acido salis, solutio neque solutione terrae ponderosae salitae turbetur, neque aqua hepatica coloretur, solutio neutra solutione natri succinici penitus cum colore rubro-fusco praecipitetur. — — Disp. Fuldense Limaturam Martis in Acido Nitri dissolvi, solutionem ad siccum evadorari, residuum calcinari et bene lavari praescribit. — Aliae Pharmacop. Limaturam Martis cum Duplo Nitri detonari et residuum bene edulcorari proponunt. Hoc praeparatum cum Croco Martis cachectico ZWELFERI congruit. — Ph. Borussica et Slesvico-Holsat. Vitriolum Martis facticium cum duodecima Nitri dep. Parte misceri et in crucibulo calore gradatim aucto uri praescribit, donec vapores ascendere desierint et massa colorem rubrum induerit; post refrigerationem haec cum Aqua dest. coqui, bene ablui et pulverem bene lotum siccari. — Disp. Brunsvic., Ph. Wirtemb. et aliae Ferrum in Spiritu Vitrioli diluto solvi et solutionem filtratam ad siccum evaporari et residuum igne forti calcinari praescribunt. (Hoc praeparatum cum Colcothar [p. 186.] convenit.) — Aliae pristinae Pharmacopoeae, e. g. Argentoratensis, Limaturam Martis puram in patella terrea non vitreata vehementissimo igne reverberarii eo usque calcinari praescribunt, donec spongiosa in superficie appareat, atque in florem rubrum abeat. Partes subtiliores Aqua eluendae sunt et cum residuo labor repetendus.

CROCUS MARTIS ANTIMONIALIS v. subsequens.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS. Eröffnender Eiſenſafran. *Safran de Mars aperitif.*

*Synon.:* Crocus Martis aperiens seu aperitivus STAHLII, Ferrum carbonicum seu subcarbonicum, Carbonas seu Subcarbonas Ferri sive ferricus (improprie), Ferrum oxydatum fuscum seu hydratum. Stahl's eröffnender Eiſenſafran, kohlenſaures Eiſenoxyd oder Eiſencarbonat (uneigentlich), braunes Eiſenoxydhydrat. *Carbonate* ou *Souscarbonate de Fer*, *Oxyde de Fer brun* ou *hydraté*, *Craie martiale.*

Rec. Vitrioli Martis facticii quantum vis.

Solve in

Aquae purae quantitate sufficiente.

Solutionem filtratam dilue Aqua, et admisce ei sensim, sub perpetua agitatione, Sal Sodae depuratae, in Octuplo Aquae solutum, quamdiu praecipitatum inde efficitur, quod primum seponendo, et iterata Aquae purae affusione denique in filtro sedulo edulcorandum et lenissimo calore siccandum. — Pulvis fuscus, impalpabilis, inquinans, insipidus, insolubilis in aqua, facilis solutu inter levem effervescentiam in acidis fortioribus, solutiones fus-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0231-4

co-aurantiacas praebens, sapore peradstringente. (Conf. etiam I. 60.) — Est Ferrum oxydatum hydratum cum pauxillo Ferri carbonici oxydulati mixtum. — Calore aquam et acidum amittit. — *Vis:* tonica, adstringens, nervina, deobstruens, arsenici vim sedans.

Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus, obscure fuscus et insipidus, facilis solutu in acido salis sub levi effervescentia, solutio neque solutione terrae ponderosae salitae turbetur, neque aqua hepatica coloretur.

*Usus:* In pulvere, electuario, pilulis. Pro antidoto quoque in arsenicum album inservit; quem in finem non exsiccandus, sed bene lotus, adhuc humidus, in vase clauso, aqua tectus, asservandus.

Plures Pharmacopoeae Salis Sodae loco Cineres clavell. dep. vel Oleum Tartari per deliq. sumi praescribunt. — Pristinae Pharmacopoeae etiam Limaturam Martis Aqua vel Aceto iterate irrorari praescribunt, donec in rubiginem abierit, vel Spiritu Vitrioli ita tractari et postremo pulverem restantem igne fortiori calcinari. (V. etiam Chalybs praeparatus, Rubigo Ferri et Colcothar.)

CROCUS MARTIS APERITIVUS ANTIMONIATUS STAHLII. — Fit exponendo aëri humido Scorias in parando Regulo Antimonii martiali, (ex Antim. crudi viginti quatuor, Clavellor. ferreor. duodecim et Cinerum clavellat. quinque Partibus obtentas) donec in pulverem humidum dilabuntur; diluendo hunc pulverem multa Aqua tepida et bene agitando miscellam fluidam, seponendo per breve tempus, ut subsidant particulae crassiores, decanthando liquorem turbidum et reponendo, ut pulvis subtilissimus fundum petat, qui elotus ac siccatus cum Triplo Nitri detonandus, tunc edulcorandus; atque pulvis restans dilute rubens nomine Croci Martis aperitivi tenuioris servatur. — Subsidens vero illa altera portio similiter tractanda, edulcoranda, siccanda et cum Triplo Nitri detonanda, quae rursus edulcorata et siccata, exhibet Crocum Martis aperitivum, obscurioris coloris, quam praecedens tenuior.

CROCUS MARTIS APERITIVUS CUM SALIBUS. — Nihil aliud est nisi Rubigo Ferri cum octava circiter Parte Kali carbonici impuri mixta.

CROCUS MARTIS SACCHARINUS in summa rei cum Calcantho calcinato congruit.

CROCUS MARTIS SULPHURATUS seu Chalybs Sulphure praeparatus *Ph.* Sardoae cet. — Fit calcinando miscellam ex Limat. Martis et Sulphur. āā Part. aequalibus in cacabo fictili saepius agitando, donec metallum in pulverem rubrum abierit, qui, bene lotus, siccandus

CROCUS METALLORUM seu Antimonii, Crocus seu Terra aurea, rubra, sancta RULANDI et QUERCETANI, Hepar Antimonii lotum, Stibium seu Antimonium oxydulatum sive oxydatum fuscum, Stibium sulphuratum fuscum, Oxydum Stibii seu Antimonii fuscum sive sulphuratum semivitreum, Oxydum Antimonii cum Sulphure per Nitratem Potassae, Oxydum stibicum cum Sulphureto Stibii. Metall= oder Spießglanz=Safran, braunes Spießglanzoxyd. *Safran d'Antimoine* ou *metallique, Oxyde d'Antimoine brune* ou *sulphuré demi-vitreux.*

Rec. Antimonii crudi subtilissime pulverati et Nitri depurati āā Part. aequales. Intime mixta in olla ferrea munda et sicca pruna admota accendantur. Post detonationem massa refrigerata fusca, Hepar Antimonii exhibens, terendo in pulverem subtilissimum redigatur, Aqua pura fervida sedulo edulcoretur et siccetur. — Pulvis obscure viridescenti- et flavescenti-fuscus vel rubiginosus, insipidus, insolubilis in aqua, aegre penitus solubilis in acido salis, inter acidi hydrothionici evolutionem; igne obscure rubro-candente funditur, massam obscuram vitream exhibens. — Constat ex Antimonio oxydato cum Antimonio sulphurato et Antimonio oxydato kalino. — *Vis:* Antimonii oxydati puri (p. 36.), sed minus certe, et pari modo, praecipue ad paranda varia praeparata antimonialia inservit. — Pharmacopoeae subinde, quoad rationem Partium, inter se discedunt, sic REUSS etiam duas Antimonii crudi et unam Nitri Partem sumi praescribit. — SPIELMANNUS sec. BAS. VALENTINUM Hepar Antimonii fundendo miscellam ex Antimonii crudi Unc. decem et Salis Tartari Unc. triginta in crucibulo parari praescribit, quod Aqua edulcorandum. — Pristinae Pharmacopoeae passim Hepar Antimonii methodo prima obtentum a particulis salinis albidis et scoriis nigris separari praescribunt et massam rubro-fuscam nomine Croci Metallorum asservari proponunt, et, si pluries Aqua fervida edulcoratur, Crocus Antimonii lotus appellatur.

CROCUS METALLORUM ABSINTHIACUS MYNSICHTI in summa rei cum Croco sec. BAS. VALENT. congruit.

CROCUS SOLIS seu AURI Ph. Wirtemb. Goldſafran. *Safran d'Or.*

Rec. Auri per Antimonium depurati Part. unam, Mercur. dep. Part. sex. Fiat amalgama,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0232-9
DFG

cui probe commisceatur Duplum Sulphuris triti, et sub tegula fulminatoria rudicula ferrea continuo movendo, donec omne Sulphur et omnis Mercurius avolarit, igne sufficienter calcinetur; sic Aurum in pulverem abibit rufum, subtilissime super marmore terendum. — Obtinebis Aurum divisum forsitan Antimonii particulis et quisquiliis sulphuris inhaerentibus, uti et ferri vestigiis a rudicula, serviente agitando, inquinatum. — Bezoardicae et cordiales Vires olim illi, sed male, tribuebantur. (V. etiam Aurum divisum p. 103.) — Crocus Solis Norimbergensium sec. Spielmannum fit miscendo Nitri dep. Unc. decem, Alumin. Unc. octo, Sal. comm. Unc quinque et Fol. Auri Unc. semis ad Auri disparitionem usque, solvendo Aqua fervida et adjiciendo solutioni Oleum Tartari per deliquium, edulcorando Aurum inde dejectum et calcinando in crucibulo, dum colorem violaceum induerit. — Hoc modo Aurum cum Alumina mixtum obtinetur. — Ph. Augustanae formula in summa rei cum hac congruit. — (Alia praecepta antiqua sine necessitate copiosa praetereamus.)

CROCUS VENERIS Ph. Wirtemb. Kupfer-Safran. *Safran de Cuivre.* — Ex Vitriolo coeruleo vel Crystallis Veneris per calcinationem paratur et affusa Aqua calida edulcoratur. (V. etiam Cuprum oxydatum.)

CRYSTALLI LUNAE seu LUNARES v. Argentum nitricum (p. 100.).

CRYSTALLI VENERIS = Aerugo destillata (I. 2.).

CRYSTALLUM MINERALE seu Crystallus mineralis. Bate Nitrum tabulatum in Aqua solvi et iterum crystallisari proponit. Si ante crystallisandum par Pondus Sacchari additur, Crystallum minerale saccharatum vocatur. (V. Nitrum tabulatum.)

CRYSTALLUS MONTANA PRAEPARATA. — Sicut de Corallis supra edoctum est, paratur

CUBEBAE LAXATIVAE Ph. Augustanae. — Uti Passulae laxativae parantur.

CUCUPHA Augustini Hauptkräuter- oder Kräutermützlein. *Cucuphes.*

Rec. Flor Chamom. Rom., Hb. Menth crisp. et Rutae, Rad. Calami arom. $\overline{aa}$ Unc. tres, Camph. Drachm sex. M. - Hujus pulveris aliquot Manipuli calefacti Spiritu Frumenti calido inspergantur, deinde capiti imponantur.

CUCUPHA CONFORTANS Schmidt.

Rec. Rad. Angelic., Hb. Major., Salv., Flor. Anthos $\overline{aa}$ Unc. semis, Caryoph. arom. Drachm. unam ad tres, Mastich. el., Styrac. Calam. $\overline{aa}$ Drachm. duas ad Unc. semis. C. c., m. f. Spec.

CUCUPHA Fulleri.

Rec. Rad. Paeon. Drachm. duas, Angelic. Drachm. unam, Irid. flor., Flor. Lavend. $\overline{aa}$ Drachm. semis, Flor. Stoechad. Drachm. unam, Caryoph., Nuc. Moschat., Macid. $\overline{aa}$ Scrup. unum, Styrac. Calam., Ladani, Succini, Bals. de Tolu $\overline{aa}$ Drachm. unam, Ol. Anthos Gutt. quinque. Cont. et mixta excipiantur in bombycinum, et f. Cucupha. — (Alias formulas similes praetereamus. V. etiam Pulvis et Species.)

CUMINI PRAEPARATIO. — Uti Coriandri Praeparatio conficitur.

CUPEROSAE PRAEPARATIO Ph. August. — Nihil aliud est nisi Vitriolum album iterate in Aqua Rosarum solutum et ad solem exsiccatum.

CUPRIDUM AMMONIACAE LIQUIDUM v. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82.).

CUPRUM ACETICUM seu Aceto corrosum et subaceticum v. Aerugo (I. 1. et 2.).

CUPRUM ALUMINATUM v. Lapis divinus.

## † CUPRUM AMMONIACALE. Kupferſalmiak. *Cuivre ammoniacale.*

*Synon.:* Cuprum ammoniacale vitriolicum, Cuprum ammoniatum seu ammoniacum, Cuprum armenicum, Sal Armoniacum Cupri, Specificum seu Sal antiepilepticum Weismanni, Cuprum sulphurico-ammoniatum, Sulphas biammonico-cupricus seu superammonico-cupreus, Subsulphas ammonico-cupricus, seu Cupri ammoniati, Deutosulphas Cupri et Ammoniae. Ammoniak- oder Ammoniakal-Kupfer, ſchwefelſaures Kupferoxydammoniak mit Ueberſchuß an Ammoniak, Kupfervitriolſalmiak, ſchwefelſaures Kupferammonium. *Sulphate de Cuivre ammoniacal, Cuivre sulphurique ammoniacal* cet.

Rec. Vitrioli coerulei quantum vis.
Tere in pulverem et superaffunde semper agitans
Spiritus Salis Ammoniaci caustici quantum ad solutionem requiritur; filtra in vitrum altum et instilla lente ita, ut in parietes diffluat et solutioni innatet
Spiritus Vini rectificatissimi Duplum solutionis.

Seponatur vas clausum in quiete per aliquot dies, cavendo ne moveatur, donec solutionis Aqua cum Spiritu commixta sit et Sal omne in crystallos coaluerit, quae inter chartam bibulam convolutam celeriter, calore non adhibito, siccandae et in vase clauso loco frigido asservandae. — Crystallos exhibet saturate azureas, fere impellucidas, oblique tetragonas, inaequaliter hexagonales, planis duobus exacutas, seu aci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0233-5
DFG

culares, sapore nauseoso sub-styptico-ammoniacali et metallico; alcalium modo reagit, facile solutu in aqua, in spiritu vini non ita; aëre facile fatiscit, ammoniacum partim emittit et colorem laete coeruleum, denique viridem, assumit. — *Part. const.:* Cupri oxydati 2, Ammoniaci 4, Acidi sulphurici 2 et Aquae 2 Pond. Mixt. — *Vis:* antispastica, adstringens, emetica, externe mundificans.

Sit sal supra ut bonae notae descriptum, *crystallos insignes exhibeat colore obscure azureo; facile et penitus solubile in aqua.* Sal dilapsum removeatur.

*Usus:* In pulvere, pilulis et solutione interne parva dosi caute. Cave ne commisceas cum acido quocunque, vel salibus illud decomponentibus. — Ad parandam Aquam quoque ophthalmicam coeruleam adhiberi potest; inservit etiam tanquam reagens in arsenicum.

Pharm. Borussica et Slesvico-Holsatica Solutioni Cupri sulphurico-ammoniacalis par Poudus Spiritus Vini rectificatissimi affundi praescribit et post triduum liquori a crystallis, interea ortis, decanthato iterum par Pondus admisceri praescribit, ut denuo crystallos demittat. — Ph. Bavarica ad unam Vitrioli coerulei Partem quatuor Spiritus Sal. Ammon. et decem Spir. Vini rectificatissimi Partes praescribit. Spiritus cum solutione Cupri ammoniacalis statim agitando commiscendus et pulvis aciculari-crystallinus, laete azureus, cito siccatus in vase optime obturato servandus. — Ph. Suecicae formula in summa rei cum hac congruit. — Ph. Batava, Spielmannus sec. Weismann et Ph. Wirtembergica Spiritus Salis Ammon. caustici loco Spiritum Salis Ammon. aquosum sumi praescribunt, ceterum agi uti supra memoratum. — Pharm. Dublinens., Edinburg., Londin. et Lusitan. duas Vitrioli coerulei Partes cum tribus Salis volatilis sicci simul in mortario vitreo triturari praescribunt, donec cessaverit ebullitio; deinde Cuprum ammoniatum charta bibula involutum leni calore exsiccari. — Ph. Bremens. unam solummodo Salis volatilis Partem cum duabus Vitrioli coerul. Partibus pari modo tractari proponit. — Disp. Fuldens. et Ph. Rossica inepte Vitriolum coeruleum in Aqua solvi, liquori Spiritum Salis Ammon. aquosum admisceri proponit, donec praecipitatum primo ortum penitus iterum solvatur, et liquorem lenissimo calore ad siccum evaporari. — Reliquas praescriptiones, a nostra parum discedentes, in summa rei congruentes, et idem productum praebentes, praetereamus.

CUPRUM AMMONIACALE LIQUIDUM v. Liquor et Solutio.

CUPRUM AMMONIATO-MURIATICUM seu muriatico-ammoniatum v. Liquor Cupri ammoniato-muriatici.

† CUPRUM CARBONICUM, Carbonas seu Subcarbonas Cupri seu cupricus, Cuprum calcinatum, Calx Cupri viridis. Kohlenſaures Kupferoxyd, grüner Kupferkalk. *Carbonate de Cuivre.* — Obtinetur praecipitando Solutionem Vitrioli coerulei (vel Cupri nitrici), valde dilutam, Solutione Ciner. clavell. vel Salis Sodae dep., et siccando praecipitatum sedulo edulcoratum aëre. — Puvis laete coeruleo-viridis, fere insipidus et insolubilis in aqua, facile autem et inter effervescendum in acidis. — Constat ex Cupri 3, Acidi carbonici 2 et Aquae 1 Pond. Mixt. (De ceteris proprietatibus conf. Salia Cupri in universum I. 56.) — *Vis:* excitans, emetica, antifebrilis (?); praecipue contra scrophulos laudatur.

† CUPRUM MURIATICUM OXYDATUM seu Cuprum salitum, Murias seu Hydrochloras Oxydi Cupri sive cupricus, Cuprum chloratum, Chloretum Cupri seu cupricum. Salzſaures Kupferoxyd, einfach (doppelt) Chlorkupfer, Kupferchlorid. *Oxyde de Cuivre muriatique, Chloride de Cuivre.* — Obtinetur solvendo Cuprum in Acido Salis, addito pauxillo Acidi Nitri, vel solvendo Cuprum carbonicum aut oxydatum in Acido Salis. — Liquor saturatus evaporet ad syrupi fere spissitudinem, ut in frigore in crystallos abeat. — Crystallos exhibet pulchre smaragdinas, aciculares vel tetragonas, sapore ingrato, styptico-metallico; aëre deliquescit et facillimum solutu est in aqua, uti et in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus conf. Salia cuprica in universum I. 56.) — *Vis:* valde irritans, emetica, externe mundificans. — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhibetur, quanquam mereatur; ad paranda alia Cupri praeparata inservire potest.

† CUPRUM NITRICUM, Nitras Cupri seu cupricus, Nitrum Cupri seu Veneris. Salpeterſaures Kupferoxyd, Kupferſalpeter. *Nitrate de Cuivre.* — Paratur dissolvendo Cuprum in Acido Nitri diluto et evaporando solutionem claram saturatam, ut in crystallos coalescat. Obtinetur etiam tanquam parergon in purgando Argento, Acidi Nitri et Cupri ope. — Prismata exhibet longa, tetragona, pulchre coerulea, subpellucida, aëre deliquescentia et facilia solutu in aqua, solubilia etiam in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus v. Salia cuprica et nitrica in universum I. 56. et II. 21.) — Ad parandum Cuprum carbonicum oxydatum cet. inservit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0234-1
DFG

† CUPRUM OXYDATUM, Oxydum Cupri seu cupricum, Calx Cupri. Kupferoxyd. *Oxyde de Cuivre.* — Obtinetur decomponendo Cuprum nitricum calore. Calefit Sal in patera ampla vel crucibulo, denique ad incandescentiam usque, sub perpetua agitatione et saepius residuum triturando, donec vapores rutilantes evolvi cessaverint. — Pulvis fusco-nigrescens, insipidus, ponderosus, insolubilis in aqua, solubilis in acidis, solutionem coeruleam vel viridem exhibens, solubilis etiam in spiritu salis ammoniaci, solutionem azuream praebens. (De ceteris proprietatibus v. Cuprum I. 56.) — Constat ex Cupri et Oxygenii aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* emetica, exsiccans, mundificans. — Ad paranda alia Cupri praeparata, uti et in analysi principiorum organicorum, inservit; Aeris usti loco (p. 28.) adhiberi mereatur, quia purius.

† CUPRUM PHOSPHORICUM, Phosphas Cupri seu cupricus. Phoſphorſaures Kupferoxyd. *Phosphate de Cuivre.* — Simili modo atque Cuprum carbonicum, praecipitando Solutionem Vitrioli coerulei Sodae phosphoratae ope et lavando praecipitatum, obtinetur. — Pulvis pallide coerulescens, insipidus et insolubilis in aqua, facilis solutu, et quidem sine effervescentia, in acidis fortioribus. — Constat ex Cupri oxydati 3, Acidi Phosphori 1 et Aquae 3 Pond. Mixt. (De ceteris proprietatibus v. in Cupro carbonico.) — *Vis:* Cupri carbonici similis; sal hoc praecipue mite habetur. — Pari modo adhibetur.

CUPRUM SULPHURICO-AMMONIATUM v. Cuprum ammoniacale.

CUPRUM SULPHURICUM seu vitriolatum v. Vitriolum coeruleum (I. 353.).

CUPRUM USTUM v. Aes (p. 28.).

CUSCO-CINCHONIUM, Aricium seu Aricinum. Cuſco-Cinchonin, Aricin. *Cusco-Cinchonine* ou *Aricine.* — Paratur ex China Cusco seu Cortice Aricensi (I. 35.) pari modo, ac Cinchonium, quocum etiam, quoad proprietates, congruit. Distinguitur autem sapore amariore, simul calefaciente, subadstringente. Pariter fere insolubile in aqua, facilius autem solutu in spiritu vini, solvitur etiam in naphtha vitrioli. — Constat ex Carbonei 20, Hydrogenii 24, Oxygenii 3 et Azoti 2 Pond. Mixt. — Calore destruitur, acidi nitri ope colore obscure viridi imbuitur. Cum acidis salia format Cinchonii salibus passim similia, sapore peramaro. Solutio concentrata aquosa Cusco-Cinchonii sulphurici autem refrigescens gelatinae instar coalescat. — *Vis:* tonica? febrifuga? — Principium hoc peculiare organicum medicorum attentione dignum videtur.

CUSPARINUM, ANGUSTURINUM, GALIPEINUM. Kuſparin, Anguſturin. *Cusparine, Angusturine.* — Ex Cortice Angusturae vera (I. 43.) tractando Spiritu Vini alcoholisato temperatura ordinaria, abstrahendo spiritum ex tinctura clara et exponendo residuum aëri frigido, donec in crystallos coalescat; exprimendo magma crystallinum inter chartam bibulam, solvendo Cusparinum impurum iterate in Alcohole Vini, tractando solutionem Plumbo oxydato et Cusparinum evaporatione remanens Naphtha Vitrioli obtinetur. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, concentrice aggregatas, sapore peramaro, simul acri-aromatico; non facile est solutu in aqua, facile in spiritu vini, in aethere non ita; solutiones neutrae sunt et solutio aquosa ad reagentia sese indifferens habet, excepta tinctura gallarum, quae solutionem valde praecipitat et hydrargyro nitrico oxydato acido, unde colore rubro imbuitur. Acida Cusparinum quidem plerumque facile solvunt, salia autem cum illo non formant. Calore destruitur. — *Part. const.:* (?) — *Vis:* tonica, febrifuga. — Principium hoc magis investigandum pariter medicorum attentione dignum.

CYANETUM seu CYANURETUM v. quaeque nomina Basium vel nomina usitatiora.

† CYANOGENIUM IODATUM. Jodcyan. *Iodure de Cyanogène.* — Obtinetur sublimando miscellam ex Mercurii cyanati Part. duabus et Iodi Parte una cum pauxillo Aquae in vase clauso lenissimo calore. — Aciculas exhibet tenuissimas, levissimas, albas, odore penetrantissimo, lacrymas eliciente, et sapore perpungente, irritante; colores organicos destruit. — Constat ex Iodi et Cyani aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* maxime irritans, incitans, toxica, in exigua dosi facile lethalis. — Pro medicamento proponitur, sed non nisi summa cum circumspectione adhiberi licet.

CYCLAMINUM seu ARTHANITINUM. — Obtinetur tractando Radicem Cyclaminis recentem Spiritu Vini rectificatissimo, temperatura ordinaria, abstrahendo Spiritum lenissimo calore, lavando residuum aqua et aethere, solvendo in Alcohole Vini et tractando solutionem Carbone animali depurato; ex solutione filtrata Cyclaminum evaporatione spontanea in crystallos coalescit tenuissimas, aciculares, albas, inodoras, sapore acerrimo-urente, caustico; difficile solutu in aqua, facile in spiritu vini, in aethere non ita; solutiones neutrae sunt. Calore facile destruitur, temperatura 80° R. jam alteratur. — *Vis:* vomitiva, purgans, facile nociva. — Cyclaminum medicorum attentione non minus dignum esse videtur.

CYTISINUM. Cytiſin. *Cytisine.* — Principium medicatum vomitivum et purgans Cytisi Laburni L. (I. 77.), quod praecipue ex Leguminibus et Seminibus obtinetur, hucusque nondum in statu puro recognitum. Ceterum quod magis examinetur pariter dignum.

DAHLINUM v. Inulinum.

DALBY's CARMINATIVE v. Mixtura.

DAMAJAVAY v. Extractum Castaneae.

† DATURIUM seu DATURINUM, Stramoniinum. Daturin, Stramoniin. *Daturine, Stramoniine.* — Ex Seminibus Stramonii (I. 332.) simili modo atque Atropium ex Radice (p. 102.) (vel Colchicium ex Seminibus) paratur. Daturium impurum praecipitatione Cinerum clavellatorum obtentum, pressione inter chartam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0235-7
DFG